F. x. f
18
28,391/B/2

FRIDERICI HENNING
MEDICINAE DOCTORIS ET PRACTICI BARDENSIS

ANALECTA LITTERARIA EPILEPSIAM SPECTANTIA.

Multorum diſce exemplo, quae facta ſequaris,
Quae fugias! — —

Cato.

LIPSIAE,
APUD HENRICUM GRAEFF
MDCCXCVIII.

PROOEMIUM.

Ille profecto, qui ſub docti meditantisve medici nomine circumferri velit, inter alia et hiſtoriae medicinae in omnibus partibus conſideratae accuratiſſimum non poteſt non impendere ſtudium; quoniam haec ſola, quae cuivis ſaeculo accepta referenda ſint, juſte dijudicat atque metitur; nec non quanta unicuique ſaeculo, auctori et inventori merita ſint tribuenda, quot et quanti pretii noſtra aetas fecerit progreſſus, ad unguem ſatis demonſtrat et exponit. Defendet nos eâdem cura ab eo, quod veteres nunquam erraſſe putemus, nosque impediet, ne nobis nimis indulgentes majorum opera ludibrio habeamus. Quamobrem quivis medicus, qui, ſanae philoſophiae alumnus, obſcura hujus doctrinae illuſtrare et ex variis ejus commutationibus hiſtoriae humanae ſcientiae materiam ſuppeditare ſtudet, omnia maxima qua poteſt animi gratitudine accipiet, quae praeteritorum ſaeculorum ſtudia nobis ad hanc diſciplinam illuſtrandam praebent emolumenta.

Quae ſi negari non poſſunt, nonnulla huc illuc de hacce materia collecta in chartam conjicere atque in lucem emittere non pudet; nec pudet, haec mea compilata nominare.

Sint enim ſententiae de compilationis pretio a pluribus doctis illuſtribusque viris datae, quorum Baldingerum Grunerumque nominare ſufficiat — ſint, inquam, mihi

palladio, propugnaculo! Ego enim non alienus ſum ab eorum ſententia, qui bonas compilationes ad hiſtoriam noſtrae ſcientiae illuſtrandam eoque facilius intelligendam nonnihil tribuere arbitrantur: conſentio illis, quum bonum compilatorem non modo mechanice agere, ſed quoque materiam pertractandam neceſſario rite cognoſcere et perſpicere jubeant. Itaque, qui ad hoc munus ſuscipiendum his armis paratus eſt vir, hercle riſu et cavillatione docti, quod dicunt, publici non dignus eſt; praeſertim, ſi opera et diligentia ſingulari in priorum temporum ſcriptis perſcrutandis verſatur, et exinde, quae ad rem ſuam pertinent, non modo trahere, ſed etiam in ordinem ſyſtematicum ita redigere ſtudet, ut quivis artis peritus totum hoc opus, et quaenam ex illo ſequuntur, eo facilius perſpicere poſſit. Nec tamen hoc meum opuſculum boni compilatoris imaginem fronti praefixam habere, affirmare audeam, ſed potius juſtis Tribunalis publici ſuffragiis illud dijudicandum ſubjiciam. Ego enim ſum ille, ex quo, licet forſan non omni ad hanc rem propria facultate deſtituto, quia amplae mihi non patent Bibliothecae, opus omnibus numeris abſolutum non exſpectandum confiteor. Ideoque, lectores benevoli, aura lenitatis ac facilitatis Veſtrae haec mea, quae Vobis tradere poſſum tantum pauca, adjuvare haud dedignemini, et quisque utinam Veſtrûm pro ingenio et animo non nihil inveniat, quod magis exponere et provehere ſibi proponat!

„Votum Averrhois et Cratonis, ut noſſent epilepſiae cauſam „et remedium, adhucdum eſt votum medicorum.“

Boissier de Sauvages.

Quod effatum hanc materiam mihi vindicatam contra adverſarios infeſtos defendat! Nec hodie, quae ad originem, decur-

decurſum et medelam hujus morbi pertinent, ita enucleata et diſtincta ſunt, ut non potius, quidquid hoc nomine prodeſſe poſſet, dignum ſit votis noſtris et omnia ejusmodi tentamina noſtro adjumento et auxilio ſint digna. Nemo igitur me vituperabit, quod, diſſertatione mea inaugurali — ſiſt. Analecta hiſtorica ad theoriam epilepſiae. Gryphiae 1788. — publico olim aſſenſu celebrata *), filum iſtius diſſertationis quaſi retexere, ex integro quaſi vires recipere atque in longiorem hujus materiae campum excurrere mihi propoſuerim. Sed quamquam in iſta, quam indigitavi, disputatione, nonnulla ad variorum de epilepſia ſcriptorum definitiones adjecerim critica, hîc, quum non niſi compilandi animus eſt, non judicandum eſſe mihi viſus ſum, ideoque conſulto non ipſe judicavi et quidem eo magis, quia commentis meis ineſſe poſſet nil niſi, quod unicuique meditanti et experto, quem ſolum hîc recogito, medico per ſe ipſum jam liquet. Si autem forſan tempus procedens alia aliaque lugendi hujus morbi obſervanda mihi praebeat et judicium meum cum theoreticum tum practicum magisematureſcat atque ſe excolat: feliciora et utiliora non dubito fore mea practica de hac vel illa hypotheſi commenta; quin tutior ſane erit via, qua incedam hoc vel illud celebratum remedium dijudicaturus, atque ſcriptorum in fine libri adhibitorum dignitatem et utilitatem ſecundum expertas artis criticae regulas ſignificaturus, indicaturus.

Lectoribus meis falſa obtruderem affirmando, me ipſum omnia huc illuc allegata ſcripta legiſſe et omnia citata ex

*) vid. Allgem. Litter. Zeit. 1788. p. 231.
Baldinger's medic. u. phyſ. Journ. St. 27. p. 52.
Stark's Archiv für Geburtsh. B. I. St. 4. p. 170.

ex primis fontibus hauſiſſe; quod enim ne ullus quidem compilatorum vere de ſe praedicet. Quantum vero fieri poterat, perlegendis et comparandis aliis ſcriptis me dedi, ut hoc opuſculum iſta, qua non immerito quaevis compilatio inſtructa ſit, diligentia exaratum ederem. Attamen ubi non ſolum citata, ſed etiam eorum propria adhaerendi poteſtas fuit, verbis parentheſi incluſis pro fine mea tantum attingere conatus ſum.

In oeconomia totius operis vel typographica Celeberrimi Ploucqueti Repertorium, exemplar ſua laude non defraudandum ante oculos habui. Quae licet nimias forſan impleat plagas, oculis tamen celeriter perluſtrantibus non poteſt non eſſe magno adjumento.

Ex etymologica quidem hujus operis parte ad medicum fateor practicum nullum redundaturum eſſe uſum; litteraturae vero cultor non dedignetur, quod illam hic in chartam conjecerim.

Quod ſi animus ſit mihi objurgandi, me cauſſas epilepſiae remotas in juſtas non redegiſſe claſſes, nullo partium ſtudio captus fateor, omnes hucusque tentatas claſſificationes logicis principiis haud accommodatas, easdemque difficultatibus mihi videri expoſitas, quas tantummodo ille aliquando vincat, qui juſtam et naturae cujusvis morbi et naturae effectusque omnium irritamentorum cauſalium ſibi conciliaverit notionem, qua deficiente judicis competentis munere fungi nemo valet. Unumquemque vero artis peritum hanc cauſarum ſeriem non omnino a natura rei alienam, nec non diverſis ſyſtematibus adaptatam invenire, etiam atque etiam velim et putem.

Caeterum in hoc opere et epilepſiam proprie ſic dictam et eclampſiam uno tenore ſimulque tractavi, quia haec diſtin-

ctio

ctio ad alias aliasque deducit devias et quoniam in aliis morbis recenſendis τὰ acuta et τὰ chronica ſaepius diſtinguendi gratia audiuntur, quibus — ſi quid judicem — et hîc non immerito forſan uti liceat.

Brevi porro in fine pathologicae partis adhibito obſervatorum, ex epilepticorum corporum ſectionibus redundatorum, conſpectu me medicorum uſibus non male inſerviiſſe arbitror.

Therapeutica hujus morbi et olim et hodie laudata remedia, ut facilius ſint conſpicua, ex ordine litterarum vulgari commemoravi et quidem τὰ ſimplicia magna ex parte ſub iſtis, quibus in prioribus Syſtematis Linnaeani editionibus audiuntur nominibus, omnibus medicis ſane notis, vel eo potius commemoravi, quo magis recentiorum in hiſtoriâ naturali diſtinctiones et nomina adhucdum inter ſe diſſentiunt. Arcana, ſpecifica, et alia compoſita antepileptica ſub inventorum nominibus poſita, ubi fieri poterat, artem illa praeparandi in eorum comitatu habent. Longiorem forſan me in allegandis, quae olim laudabantur, remediis, finis hujus ſcripti defendat! Quae enim de novis remediis memoratu ſunt digna, uniuscujusque medici animo magis obverſantur, eademque facillime perſcrutari quivis poteſt. Quae majores experti ſunt, diligentius ſunt colligenda, ne tempore rapaci deleatur, quidquid ex iis forſan granulorum inſtar aureorum noſtra cura et diligentia ſit dignum. Sunt, fateor, quae huc illuc occurrunt, Obſoleta, Superſtitioſa etc. deridenda, nec tamen neminem me vituperaturum puto, quod illa commemoravi; forma enim et uſus eorum priſtini temporis genium et hodie non ubique exſtinctum nobis adumbrant. Caeteroquin cuivis medico vel gaudio vel dolori ſit audire, quod multa hodie laudata remedia jam priſcis temporibus,

alia

alia forſan forma induta, maxime in deliciis fuerint, quorum exempla — Columbae applicatio externa et Aſini ſanguis — hoc probabunt.

Chronologicum iſtarum, quae de epilepſia editae ſunt, monographiarum indicem magna ex parte Bibliothecae practicae Hallerianae acceptum refero et huc illuc non nihil de meis ipſe adjeci. Interdum forſan unam eandemque diſſertationem uno eodemque ſub anno collocatam duplici loco et ſub praeſidis et reſpondentis nomine a me eſſe receptam haud negare velim, quum, denegato mihi ſaepius iſtius ſcriptiunculae aſpectu et variante citatorum modo, non ſemper hoc ſat ſatis diſtinguere mihi licuerit.

Verum enim vero, Lectores benevoli, ne nimis veſtra abuti videar patientia, vela praefationis meae hîc contraham pedemque hîc figam, favori et benevolentiae veſtrae me commendaturus. Tantummodo in votis mihi eſt, ut haecce collectio unum alterumve Hippocraticae artis cultorem ad lugendi hujus morbi feliciorem provehat medelam et cuidam futuro hujus morbi illuſtratori quamdam, etſi exilem, offerat ſymbolam! En jam, Lectores benevoli, quae opuſculo meo praemittenda judicavi, ut benignum aſſequerer judicem. Valete faveteque mihi. Dabam Bardiae VIII. Iduum Januarii. MDCCXCVIII.

PARS I.

PARS I.

Etymologica.

Cfr. Bebelii (Henr.) nomenclatura morborum corporis humani graecolatina, quae prodiit cum aliis Ejusd. opp. Argentorat. 1513. 4.

Dietrichii (Joh. Conrad.) Jatropheum hippocraticum, p. 452.

Analempſia v. Epilentia. (citat. e Barthol. Anglico.)

Analepſia a Riverio paſſim nominatur.

Apoplexia parva a Conſtantino medico teſte Barth. Anglic. de propriet. rerum L. VII. cap. IX.

Aſtralis morbus apud

Paracelſ. de morb. caduc. Lib. III. §. 3.

putabatur enim ab aſtrorum conjunctione dependere. vid.

Foreſt. Obſervat. Lib. X. obſ. 60.

Hartmann. introd. in Philoſ. vital. p. 19 et 32.

et ab ſingulis aſtris vid.

Ganivet. amic. medicor. Frfrt. 1614. p. 266. (a Mercurio.)

Cadiva gutta.

Vita St. Praejecti, Lib. II.

Caducus morbus. (a repentino epilepticorum in terram caſu.)

Barthol. de Moor (in Pathologia Cerebri, Amſtelod. 1703. pag. 362.) diſtinguit morbum caducum ab epilepſia, ſub illo intelligens morbum habitualem, ſub hac ſymptomaticas ejus ſpecies.

Cadux paſſio.

Alexand. Jatroſoph. L. I.

Catalempſia v. Epilentia. (citat. e Barth. Anglico.)

Comitialis morbus jam apud Plinium Lib. VIII. 32. ſ. 50. et Celſum L. III. cap. 23.

Seu, quod in comitiis aliisque hominum congregationibus illo morbo laborantes maxime infeſtarentur, ſeu, quod comitia, in quibus aliquis epilepticus cecidiſſet, dirimerentur, quod ſuo ſuffragio etiam confirmat *Quint. Seren. Sammonicus* p. 162.

Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo eſt,
Quod fieri nobis ſuffragia juſto recuſet:
Saepe etenim membris acri languore caducis
Concilium populi Labes horrenda diremit.

Pro ſiniſtro enim habebatur omine ſecundum

Vincent. Alſarium a Cruce de epilepſ. L. IV. Sect. I.

Seu, quia iſte morbus eo infeſtatum a comitiis excludebat.

Seneca, de Ira L. III. 2.

Duretus ab omnibus differt, illamque rationem vult, quod in concionibus publicis propter metum oratoribus identidem eveniat.

Convivalis morbus, quia paroxyſmus in conviviis facile recurrere ſolet.

Langii oper. medic. pract. T. III. p. 58.

Deifica lues,
Divinus morbus } ab Apulejo et Platone,

quia creditur, hunc morbum a numine quodam aut daemone eſſe demiſſum, contra quam opinionem jam multa philoſophatur Autor libri pſeudohippocratici de morbo ſacro.

Cfr. Hieron. Tacquet et Bonaventura Hachette, non ergo in Epilepſia θεῖον τι. Pariſiis 1598.

Eclactiſma ſ. *Eclactiſmus* denotat eclampſiam incipientem, ſeu agitationem iſtam, qua infantes exiliunt et calcitrant propter nervorum et cerebri irritationem, qua voce jam uſus eſt

Hippocrates Coac. Lib. III. aph. 35.

Crf. J. Gorraei Definition. L. XXIII.

Eclampſia denotat epilepſiam acutam.

Eclam-

Eclampſis.

vid. J. Gorraei Definition. l. c.

Epilemticus morbus.

Alexand. Jatroſoph. L. I. cap. 8.

Epilencia in Gloſſario quodam latino-gallico. vid.

Onomatol. med. pract. T. I. p. 2439.

Epilenſia.

Aegidius Corborienſis in *Mſcr. Carm.* de medicamentorum virtutibus. v. Onom. med. pract. T. I. p. 2440.

Epilenſis in *Capitulis general.* Sanct. Victoris Maſſilienſis. (Mſcr.) v. Onom. med. pr. l. c.

Epilentia.

Ugotio v. Onomat. med. pr. T. I. p. 2439.

Barthol. Anglicus de proprietatibus rerum Lib. VII. cap. IX. ubi ſequentia invenies:

„Epilentia fit in capite ex materia exiſtente in cerebro;

Analempſia vero fit ex materia exiſtente in ſtomacho, non in cavitate, ſed in arteriis et nervis ipſius ſtomachi, per quorum medietatem materia ebulliens rapitur ad cerebrum;

Catalempſia vero fit ex materia exiſtente in extremitatibus, ut in manibus et pedibus, quae propriis quidem ſignis dignoſcitur."

Epilentica paſſio.

Bernard. a Breidenbach itinerar. hieroſolymit. p. 106.

Epilenticus morbus.

Du Cange Gloſſarium, p. 97.

Epilentiſcus morbus.

Sanct. Odonis Legenda de Sancto Geraldo L. IV. cap. 8.

Epilepſia, e graeca lingua ortum trahens et Hippocrati II. aphor. 45. III. aphor. 29. et alibi jam uſitatum nomen. Ab ἐπιλαμβάνω, (prehendo, invado,) quia morbus iſte ex improviſo hominem invadat aut prehendat. vid.

Thom. Burnet Hippocrates contractus, Edinburg. 1685. 12. Lib. V. ſect. 4.

Non ab ἐπὶ et laedo, ut latino-barbari putarunt.

Foedus morbus (αἰσχρὸς νοῦσος).

Galen. de loc. affect. Lib. III.

Herculeus ſ. *Heracleus morbus* (Ἡρακλεῖος νοῦσος).

Lib. pſeudohippocr. de morb. mulier. Lib. I. S. XVII. 6.

non confundendus cum mania, cui ſecundum Erotianum idem nomen ſaepius datum eſt. Hocce autem nomine vocatur epilepſia, *aut* propter vehementiam et difficilem ejus curationem.

Galen. comm. in L. VI. Epidem. Ed. Chart. T. IX. p. 550.

quem locum Hippocratis etſi non plane clarum eodem tamen modo jam declarat

Alexander Trallian. Lib. I. cap. 15. Opp. ed. Guinth. Andernac. Baſil. 1556. 8. p. 62.

aut, quia Herculem eo correptum fuiſſe putant, quod demonſtrari videtur ex loco quodam

Sophocl. Trachin. V. 797.

Cfr. Ariſtotel. Problemat. Sect. XXX. Quaeſt. I.

Andr. Reyheri Theatrum Romano-teutonicum, ſub voce: Comitialis.

aut, quia herculeo opus eſt robore, ut aegroti paroxyſmi tempore teneantur. (*διὰ τὸ δυσκαταμάχητον.* Galen. l. c.)

Ger. van Swieten Comment. in Boerh. Aphor. ed. Hilpershuſ. T. III. p. 391.

Infantilis ſ. *puerilis morbus* (*παιδίων νόσημα*), quia huic aetati frequentior.

Hippocr. de aëre, loc. et aqu. ed. Chart. T. VI. p. 190.

Paul. Aeginet. L. III. cap. XIII. p. 29.

Inſputatus morbus, quia epilepticos inſputare ſoliti erant veteres. vid.

Plaut. Captiv. Act. III. Scen. 4.

Plin. Hiſt. nat. Lib. XXVIII. cap. 4. ubi ſequentia verba legis: Ita deſpuimus comitiales morbos, hoc eſt, contagia regerimus.

Cur veteres in epilepticos exſpuerunt? vid.

Camerarii Syllog. memorab. medic. Cent. XVI. part. 12.

Plura de hac re videas in

Wolfg. Wedel Pr. de morb. inſputato. Jenae 1687.

Ejusd. Exercit. med. philolog. ſacr. et profan. Dec. IV. exercit. 8

D. Er-

D. Erneſt. Lud. Nebel epiſt. gratul. ad illuſtr. Thôn de morbis veterum obſcuris. Gieſſae 1794. 8.

Johannis (Sti.) Morbus: ob vires medicatrices Sancto Johanni tributas:

Du Cange. vid. Onomat. med. pract. T. I. p. 95.

aut, quia veteres Catholici morbi originem iratis Sanctis tribuebant, quam opinionem profert

Joh. Storch v. d. Kinderkhten. B. II. Eyſenach 1750. 8. p. 69.

Lunaticus morbus. Eo, quod ad lunae phaſes commoveatur;

Aretaeus de cauſ. et ſign. morb. L. I. cap. 4.

ſeu, quia tempore interlunii nati huic morbo magis obnoxii judicentur.

Alexand. Trallian. L. I. cap. 15.

Fr. Hofmann inſtitut. L. III. cap. 88.

Lunaticorum in ſacris bibliis (e. g. Matthaei IV. 24. et XVII. 15.) nominatorum morbum veram fuiſſe epilepſiam elucere videtur e Marc. IX. 18. Luc. IX. 39.

Major morbus, (μέγας. Hippocr.) ob vehementiam ita vocatus.

Celſus de re medic. L. III. cap. 28.

Mater puerorum, vocatur a Schneidero. Oritur ex arabico idiomate, quo vocatur Alferetia. Marcus Mironius autem putat, matrem puerorum apud Arabes eſſe ſpasmum ex exinanitione.

Marc. Mironii L. II. de infantibus. Turon. 1553. fol.

Menſalis morbus, vid. *Convivalis morbus.*

Peditio: quia pedes in paroxyſmo inordinate moveantur.

Avicenna Lib. de Epilepſia.

C. Gaulken D. de Epilepſia. Erford. 1693.

Primus morbus, vocatur a Lucretio.

Puerilis morbus, vid. *Infantilis.*

Sacer morbus (ἱερὴ νοῦσος), non confundendus cum alio morbo ſacro dicto, qui et Ignis Sti. Antonii vocatur, de quo vid.

Hiſtoire de la Societé royale de Medecine à Paris, 1776. Tom. II. p. 260. ſqu.

Samml. der gemeinnütz. Auffätze a. d. Schrift. d. königl. medic. Geſellſch. zu Paris. Überſ. u. m. Anmerk. von D. C. G. Gruner. Th. I. Halle 1784. 8. p. 354.

Treu-

Tréuner D. ſ. morborum migrationes. Jenae 1783.

Jam a graecis ſcriptoribus uſitatum nomen,

ſeu, quia omne magnum ſacrum quandoque vocatur, vid.

Aretaeus de cauſis et ſignis morborum L. I. cap. 4.

ſeu, quod animi partem rationalem, quae longe ſanctiſſima ſit, violet, vid.

Apulej. in Apologia.

ſeu, quia ſacra illa cerebri penetralia occupare putatur, vid.

Joel. Langelott. D. de epilepſia. Lugd. Bat. 1647.

ſeu, quia ſacer valet idem ac execrabilis, ut apud Virgilium:

Auri ſacra fames quid non mortalia etc.

ſeu, quod crederent, hunc morbum a numine quodam aut daemone eſſe demiſſum. vid. *Divinus morbus.* Antiquitus enim hujusce morbi originem daemonibus eſſe tributum ideoque eo affectos publicis commendatos eſſe precibus, probat locus quidam in

Gregor. Nazianzen. Orat. XVI. p. 242.

— Cfr. Wier. de praeſtig. daemon. L. V. cap. 14. p. 494.

De hacce epilepſiae denominatione cfr.

Mizaldi memorabil. Cent. IV. aphor. 2.

Sceleſtus morbus.

Honor. Bouche Tr. de morbo ſceleſto. Avenionae 1634. 8.

Sideratus morbus; ob aſtrorum influxum in epilepſiam.

Joh. Storch l. c. p. 69. cfr. *Aſtralis morbus.*

Sonticus morbus; ob noxae gravitatem, quae juſtam non comparendi coram judicio excuſationem praebuit.

Plin. Hiſt. nat. L. XXXVI. cap. 9.

Gellii noct. att. L. XX. cap. 1.

ſeu, quia, quos vexabat, ab omni militia immunes reddebat, ne ipſi ſibi vim inferrent.

cfr. Pandect. V. 1. 46. — XXI. 1. 65. — XLI. 1. 60.

Sputatorius morbus; quia homines ſani ad ejusmodi aegroti conſpectum exſputare ſolent, vel, quia ille morbus ſalivationem aliquando comitem habet indeque a chemicis ad morbos mercuriales refertur. vid.

Theoph. a Meza compend. pract. Faſc. V. Havniae 1781. p. 14.

Valen-

Valentini (Sti.) morbus. cfr. *Sti. Johannis morbus.*

Du Cange vid. Onomatol. med. pract. T. I. p. 95.

Viridellus ſ. *Vitriolatus morbus.*

Paracelſ. paramir. L. I. de origine morborum ex tribus primis ſubſtant. cap. 6. (quia vitriolum remedium ejus eſſe putat.)

Anglice.

Epilepſy. The falling ſickneſs.

Arabice.

Alferetia. vid. Chriſt. a Vega opp. omn. Lugd. 1587. fol. p. 311.
Kabat ſ. Kabal. (ſignificat quoque obſeſſionem daemoniacam.)
vid. C. F. Volney's Reiſe nach Syrien und Aegypten, a. d. Franz. Th. II. Jena, 1788. p. 24. not.

Gallice.

Epilepſie. Haut mal. Mal caduc. Mal de St. Jean. Mal de la terre. Vapeurs epileptiques.

Germanic.

Epilepſie. Fallſucht. Die fallende Sucht. Die ſchwere Krankheit. Die ſchwere Noth. Das ſchwere Gebrechen. Das böſe Weſen. Das Unglück. Das Elend. Der böſe Fehl. Die Gichter. Der Feigel (in Saxonia inferiore).

Epilepſiam infantilem praecipue denotant ſequentia nomina:
Der Jammer. Der Fraiſch (in Suevia). Das Scheurchen. Der Ringel (in Salisburg).

Hiſpan.

Gota coral. Morbo caduco.

Derivationem nominis hiſpanici *gota coral* vid.
Chriſtoph. de Vega opp. omn. Lugd. 1537. fol. p. 311.
„Quoniam aegrotantes ferunt in acceſſionis principio, cum thoracis motus vitiatur, animali facultate non transmiſſa libere, veluti guttam aquae frigidae a capite deſcendere in cor, cum tamen nihil aliud ſit, quod ſentiunt praeter impedimentum diſtenſionis thoracis et refrigerii cordis.“

Hol-

Holland.

Fallende Ziekte. Sint Jans euwel.

Stuype denotat epilepſiam infantum.

Ital.

Mal caduco. La bruta (Venetiis).

Suecic.

Fallende Sot. Hjärtſprång, quod autem potius denotat epilepſiam infantilem.

PARS II.

Pathologica.

CAP. I.

Variae definitiones epilepſiae.

1. Terraemotus microcoſmicus ab efferveſcentia ſpiritus vitae ortum trahens.
   Theophr. Paracelſus L. de morb. caduco, p. 596.
2. Motus convulſivus.
   Waldſchmidt praxis. p. 337.
3. Convulſio ſ. concuſſio totius corporis.
   River. praxis L. I. cap. 7.
   Barbette prax. Barbett. L. I. cap. 1.
   Henr. Petraei noſolog. harmon. T. I. diſſ. 6.
   Thom. Willis de morb. convulſ. cap. 2.
   Fernel. pathol. L. V. cap. 3.
   A. E. Büchner rſp. Chr. von Steinen D. de atonia nervorum. Halae, 1749. §. 57.
4. Ablatio et ceſſatio actionum principum ſenſuum motusque.
   Sennert. praxis. L. I. p. 590.
   Plater. praxis. T. I. p. 14.
   Unzer. de epilepſ. L. I. cap. 2.
   Johnſton. univerſ. med. L. VIII. art. 2.
   C. V. Schneider rſp. Sam. Sturm D. de epilepſ. Viteberg. 1650. §. 3.

5. Defectio cum convulſione.
Michaelis oper. pract. Caſ. VI. p. 384.

6. Contractio nervorum cum praeternaturali corporis commotione et ceſſatione.
Gerh. Blaſius in medic. curat. ſpecial. cap. 38.

7. Invita, violenta, praeternaturalis partium nerveo-membranoſarum, hinc muſculoſarum et totius corporis concuſſio, cum ſenſuum abolitione ſtipata, a membranarum, cerebrum, ſpinalem medullam ac nervos cingentium, ſpasmodica ſtrictura et hinc fluidi mobiliſſimi impetuoſiori in organa motoria, parciori in ſenſoria influxu natales ſuos mutuans.
Fr. Hofmann. opp. omn. T. III. p. 9.

8. Membranarum, quae cerebrum, medullam ſpinalem et nervos includunt, ſpasmodica conſtrictio.
Henr. v. d. Beets D. de morbo comitiali. L. B. 1643.
H. P. Juch. rſp. J. G. Hannimann. D. de epilepſia. Erford. 1741.

9. Convulſio cum ſenſuum interceptione.
Petr. Velden D. de epilepſia. L. B. 1648.

10. Aegritudo prohibens membra animata ab operationibus ſenſus et motus.
Savanarola Tr. de epilepſ. p. 88. coroll. 3. litt. E.

11. Subitanea ceſſatio omnium ſenſuum cum motu partium convulſivo a fermento quodam peregrino in corpore cacochymico nervoſum genus irritante orta.
A. H. Faſch rſp. Joh. Fuhrmann D. de epilepſia. Jenae 1679.

12. Varia et mixta actionum praeſertim animalium laeſio cum aliorum ſaepe ſymptomatum concurſu, inprimis motus localis depravatus totius corporis vel certorum ejus membrorum, cumque ſenſuum hebetudine ab aura acida ſpiritus animales et lympham potiſſimum diverſimode inquinante dependens.
J. V. Jägerſchmidt D. ſ. infantem epilepticum. Altdorf. 1684.

13. Detentio principum functionum ſenſuumque quum internorum tum externorum cum motu convulſivo totius corporis per intervalla repetente, ab inſigni membranarum cerebri et nervorum irritatione dependens.
Faſch rſp. Dan. Boeſius D. de epilepſia. Jenae 1686. p. 6.

14. Con-

14. Convulſio repentina et univerſalis per intervalla repetens cum ſenſuum internorum abolitione e repletione potiſſimum ortum ducens.

Barthol. de Moor pathol. cerebr. p. 403.

15. Motus convulſivus, qui materialem cauſam pro fundamento non habet, ſed ſine aliorum morborum complicatione e conſuetudine et ideali tantum ratione, certis plerumque temporibus et non raro circa phaſes lunae occurrit, atque per quascunque cauſas occaſionales, praecipue autem patheticas, facile excitatur.

J. Junker. rſp. Abr. ab Heimbach D. de nova methodo curandi epilepſiam ſine ſpecificis. Halae 1741.

16. Motus convulſivus partium muſculoſarum, tendinearum, membranoſarum et nervoſarum corporis a natura excitatus ad eliminandam materiam nocivam et peregrinam.

Joh. Storch v. d. Kinderkrankh. B. II. p. 70.

17. Invita tonica muſculorum fibrarumque contractio cum mentis functionibus ſimul abolitis novaque cum periodo rediens.

J. de Gorter Compend. medicin. P. I. Francof. et Lipſ. 1744. p. 117.

18. Genus morbi ſpasmodici clonici chronici intermittentis, cujus acceſſus ſubita interceptione ſenſuum, variorum muſculorum agitatione et dyſpnoea notatur.

Fr. Boiſſier de Sauvages noſol. method. T. II. P. II. p. 86.

19. Convulſio major minorve plures paucioresve corporis partes exagitans, rediens cum mentis ſenſuumque interceptione.

Tiſſot v. d. Epilepſie. p. 1.

20. Convulſio cum ſopore.

W. Cullen Anfangsgr. der pr. Arzneiw. Th. III. a. d. Engl. Leipzig 1784. p. 151.

21. Senſuum omnium quam internorum tam externorum ſubitanea interceptio cum violenta alternaque muſculorum prope omnium voluntati famulantium contractione et relaxatione plus minus perdurans, donec tandem homo ita affectus ad priſtinam integritatem et quietem redeat, quid ei contigerit, plane ignarus et neſcius.

Burſer. a Kanilfeld Inſtitut. medicin. practic. Vol. III. Lipſiae 1787. p. 218.

22. Morbus ex impetu vis vitalis nimio in ſenſorium commune directo, ſenſorii functiones, quae motibus voluntariis praeſunt, nimium incitante.
C. G. van der Heüvell tentamen noſologicum. Lugd. Batav. 1787. 8.

CAP. II.

Variae auctorum de parte in epilepſia affecta opiniones.

1. *Cerebrum.*
Autor Libr. pſeudohipp. de morbo ſacro. (paſſim.)
Galen. de loc. affect. L. III. cap. 7.
Paul. Aeginet. L. III. cap. 13.
Carol. Piſo de morb. a colluv. ſeroſ. Sect. II. part. 2. p. 145.
Rolfink. Epitom. method. cognoſc. et curand. affect. cap. 18.
Plater. prax. l. c.
Unzer l. c. Lib. I. cap. 5.
Blaſius l. c. cap. 38.
van Swieten l. c. T. III. p. 401.
Tiſſot l. c. p. 22.
Contra hanc opinionem multa profert
Conr. Vict. Schneider de Catarrho. Viteb. 1661. 4. Lib. III.
2. *Ventriculi poſteriores cerebri.*
Don. Ant. Altomare de medend. corp. hum. malis. Venet. 1558. fol. L. I. cap. 18. p. 168.
3. *Spiritus animales intra cerebri meditullium conſiti.*
Thom. Willis de morb. convulſ. cap. 2.
G. K. Tatai Hercules vere cognitus, p. 10 et 11.
4. *Nervi, alii liberi, alii obſtructi.*
J. Walaeus rſp. Joh. de Schafter de Epilepſia. Lugd. Batav. 1646. §. 5.
J. E. Schaper Progr. de epilepſia. Roſtoch. 1695.

5. *Cor.*

5. *Cor.*

Quercetan. Tetras. cap. 8.

6. *Os ſtomachi* (Cardia).

Helmont. Tr. de ſede anim. §. 7. pag. 274.

CAP. III.

Epilepſiae cauſa proxima.

1. Τὸ πνεῦμα incluſum omnia movens.

Aretaeus de morb. acut. Lib. I. cap. 5.

2. Humor craſſus viſcoſus (pituita ſcil. et μελαχολή, ut cap. 6. ſe explicat) ventriculos ac meatus cerebri replens et obſtruens.

Galen. de loc. affect. Lib. III. cap. 5.

Roder. de Vega opera. Lugd. 1593. p. 368. Plures hujus ſententiae aſſeclas recenſet

Matth. Unzer de epilepſ. L. I. cap. 12.

3. Humor humidus, quo ventriculi cerebri non perfecte opilantur.

Conſtantin. Medicus. vid. Barthol. Anglic. de propriet. rer. Lib. VII. cap. 9.

4. Occluſio ventriculi medii aut poſtremi cerebri vel obſtructio arteriarum, carottidum venarumque jugularium.

Vinc. Alſarii a Cruce de epilepſ. praelect. bononienſ. L. III. Venet. 1603. 4.

5. Nimia repletio aut evacuatio vaſorum capitis.

Barthol. de Moor patholog. cerebri. Amſtelod. 1704.

Archib. Pitcairn Element. medic. Leid. 1737.

Contra hanc ſententiam pugnat

Bazin non ergo a ſola copia humoris epilepſia. Pariſiis 1610.

6. Compreſſio et ſubſidentia cavitatum et meatuum cerebri.

Hercul. Saxonia praelect. pract. P. I. Cap. 15. §. 9.

Duncan. Liddelii art. medic. Lib. III. cap. 6.

7. Lympha acris nervos vellicans.

Barbette praxis. Cap. I. de epilepſia.

8. Lym-

8. Lympha acido auſtera.
Decker vid. Gaulken Diſſ. cit. Sect. X.

9. Moleculae acres volatiles aliquo liquore contentae cerebrum irritantes.
Theod. Zwinger D. de epilepſia. Baſil. 1714.

10. Sanguinis intemperies frigida, craſſa, viſcoſa, ſalinis particulis immixta cum fermento in tubulis ſolidarum partium; non niſi ſingulari de cauſa inde eluendo, non modico, non ſolido, ſed valde peregrino, poros habente omnino abludentes a reliquis ſanguinis et humorum poris et hinc aetherem intra ſeſe fovente, qui non debet non cum ſanguine commixtus ferinum ejus ciere motum et quaſi in ſpumam illum adigere non abſimili ratione atque ovi accidit albumini conquaſſato aut aquae ſalſae ad littora maris valide a vento commotae. Sicut enim illa ſpumeſcit et in bullas vertitur, ſic etiam viſcoſitati exiſtenti in ſanguine dum jungitur id fermentum ſalſum, ſanguinem cum humoribus circulantibus cum ſpiritubus animalibus, qui in cerebri verſantur ventriculis, in ſpumam commutat, cui ſpumae eodem includuntur modo ſpiritus, quo ventus ſive aër aquae ſaponi miſtae.
A. H. Faſch rſp. J. Fuhrmann D. de epilepſia. Jenae 1679. Theſ. IX.

11. Ichoreſcentia humorum inprimis ſanguinis fermentifica.
Wedel. vid. Schaper rſp. Bartholomaei de epilepſia. Roſtoch. 1695. Theſ. IV.

12. Fermentum aceſcens perverſum in liene.
Hogelande in oeconom. animal. p. 186.

13. Acidum nervos irritans.
Waldſchmidt. praxis. p. 10.

14. Vaporoſa et tenuis quaedam materia, qualem Pelops, Galeni praeceptor, πνευματικήν τίνα ὥσπερ αὔραν vocitabat, quae tam acrimonia quam mordacitate ac qualitate venenata cerebri ſubſtantiae prorſus infenſa, meninges ac nervoſum genus ad noxii expulſionem ſtimulat.
Joel. Langelott D. de epilepſia. Lugd. Bat. 1647.

15. Irritatio facultatis expultricis in membranis cerebri, quod exemplo ventriculi a re acri ad ſingultum ſtimulati declarat Galenus (de loc. affect. L. III. cap. 7.), et ſimilitudine ſternutationis, quam et dimi-

nutam

nutam epilepſiam vocat, illuſtrat Avicenna (Fen. I. L. III. Tract. 5. cap. 8.).

Petr. Velden. diſſ. cit. §. IV.

Wolfg. Wedel rſp. Roeſer de epilepſia. Jenae 1673.

Fernel. de abdit. rerum cauſ. L. II. cap. 15.

Sennert. inſtit. med. L. II. P. III. Sect. 2. cap. 6.

16. Diviſio ſeu ſolutio unitatis cerebri a mordicante et vellicante acrimonia.

Hieron. Mercurialis de morb. pueror. L. II. cap. 8.

Lud. Mercatus de intern. morb. curat. L. I. cap. 16.

— — — de affect. mulier. L. II. c. 5.

17. Vapores corrupti et virulenti qualitatis tenuis, mordacis, venenatae.

Foreſt. obſervat. L. X. obſ. 54.

Antiparacelſ. p. 107.

Heurn. L. I. cap. 22.

Henr. van der Beets D. de morb. comitial. Lugd. Batav. 1643. §. 7.

Horſt. quaeſt. therap. Dec. II. quaeſt. 9.

Sennert. inſtit. L. II. P. II. Sect. 2. cap. 6.

18. Mercurialis, ſalinus, vitriolatus liquor.

Paracelſus de morb. caduc. l. c.

— — Schol. ad. 3. paragr. cap. 2. §. 3.

Hieron. Petraeus in noſol. harmon. Diſſ. 6. theſ. 16. ſqu.

Unzer de epilepſia, cap. 4 et 14.

Sennert. prax. med. L. I. P. II. cap. 31. qu. 3.

19. Vapores et humores ſubito in cerebrum ruentes.

Car. Piſo l. c. part. II. p. 146.

20. Spiritus male affectus.

Langii oper. med. pract. T. III. p. 60.

Gaulken. l. c. §. 9.

21. Spiritus acidus acris.

de la Boe Sylvius vid. Gaulken. l. c. §. 10.

22. Spiritus animalis e cerebro in nervos nimia profuſio.

Plater. l. c. T. I. cap. 2.

Hoechſtaetter. obſ. med. rar. Dec. IV. caſ. I. Schol.

23. Ar-

23. Archeus furioſus e ſtomacho prodiens.
Helmont. Tr. de ideis morboſis.
— — de morb. archealib. §. 17. ſqu.
H. Cöller. D. de morb. ſacro. Gieſſae 1658.

24. Heterogeneae et exploſivae particulae nitroſulphureae in cerebri meditullio.
Willis de morb. convulſiv. cap. 2 et 7.
Contra hanc ſententiam:
Michaelis oper. med. p. 574.

25. Spiritus animalis impetuoſior et depravatus motus.
Sylvius in praxi L. II. cap. 20. §. 73.

26. Inordinatus et perverſus ſpirituum animalium motus in cerebro et violenta exploſio in nervos.
Mich. Ettmüller rſp. G. Heintke D. ſ. Valetudinarium infantile. Lipſiae 1675. §. 30.

27. Halitus quidam mixtus e nitroſo et vitriolaceo.
J. V. Jägerſchmidt diſſ. cit. p. 7.
Michaelis oper. med. p. 578. (et ſalinoſo ſtyptico.)

28. Retractio nervorum.
Joh. de Schafter diſſ. cit. §. 4.

29. Violenta ſpasmodica conſtrictio durae matris, quae nervorum omniumque totius corporis membranarum quaſi mater exiſtit, qua conſtricta influxus ſpirituum animalium inordinatus redditur.
F. Hofmann rſp. A. P. Bornemann D. ſiſt. affectus haereditarios. Halae 1699. p. 23.

30. Major variusque fluidi nervei in nervos motorios influxus.
J. C. de Steinen diſſ. cit. §. 58.

31. Spiritus animales omne praeternaturale in corpore humano fugientes introitum impedire tentantes tanto molimine, ut quandoque membra ignobiliora opprimantur.
C. F. Luther rſp. D. H. Höflich D. de epilepſia. Kiloniae 1730. pag. 6.

32. Vis nervorum venas conſtringendi indeque muſculos contrahendi modo nimio aucta.

Mus-

Musgrave Speculations and conjectures on the qualities of the nerves. Sect. I.

33. Is cerebri ſtatus, in quo eae cerebri partes claudantur, quae ad ſenſus reſpiciunt, apertis manentibus iis, quae ad voluntarios motus pertinent, et celerius a ſpiritubus animalibus perfluxis.
H. Boerhave praelect. academ. T. VI.

34. Nimia cerebri in nervos motorios, nulla in ſentientes actio.
J. van Swieten l. c. p. 455.
Tralles de uſu opii. Sect. III. p. 17.

35. Vehemens impulſio fluidi nervei in organa ſenſus et motus et impeditio ejus regreſſus.
C. G. Ludwig inſtitut. clin. p. 309.

36. Aër elaſticus in inteſtinis clauſus.
J. G. Pietſch erklärte Urſach und Cur der fallenden Sucht. Hamburg u. Leipzig 1753. p. 40.

37. Abundantia viſcidae pituitae et aurae elaſticae in primis viis.
Unzer der Arzt. T. VIII. p. 67. ſqu.
cui ſententiae quoque inclinant
Hirſchel, Gedank. die Heilart d. fallenden Sucht betreff. 2te Aufl. Berlin 1770. p. 6—11.
Fothergill in Medical obſervat. and inquiries. Vol. VI. Lond. 1784.

38. Compreſſio aut contractio originum nervorum, qua ſpiritus animales in nervos motorios pari modo, quo cordis contractione ſanguis in arterias, expelluntur, eorundem autem in nervos ſenſorios, aeque ac ſanguinis contracto corde e venis in cor, introitus prohibetur.
Tiſſot l. c. p. 27—29.

39. Digeſtionis functiones laeſae indeque orta humorum ſpiſſitudo.
E. J. P. Houſſet D. ſur les parties ſenſibles du corps animal etc. Lauſann. 1770. 8.

40. Morboſa ſenſus interni mutatio.
Preſſavin nouveau traité des vapeurs, ou traité des maladies des nerfs, dans lequel on developpe les vrais principes des vapeurs. à Lyon 1770. 12. p. 102.

41. Extenſio cerebri.

W. Threlful Eſſay on Epilepſy, in which a new theorie of that diſeaſe is attempted, from which the proximate cauſe is inveſtigated and indications brought from thence, ſhewing clearly the conſiſtency of the method of cure. London 1772. 8.

42. Impetus vis vitalis nimius in ſenſorium commune directus, ſenſorii functiones, quae motibus voluntariis praeſunt, nimium incitans.

C. G. van den Heuvell tentamen noſologicum. Lugd. Batav. 1787. 8.

CAP. IV.

Litteraria ad cauſas epilepſiae remotas pertinentia.

SECT. I.

Diſpoſitio haereditaria, ſ. Parentes epileptici.

Cfr. Auctor libr. pſeudohippocr. de morbo ſacro. S. V. text. 7. 8.

Beaumes v. d. Convulſion. d. Kinder. a. d. Franz. Leipz. 1791. 8. pag. 6.

Boerhave aphoriſm. 1075. — (non ſemper epilepſiam haereditariam generationis ordines proſequi, ſed ſaepius gradus intermedios transſilire contendit.)

Cunningham (Alexand.) D. de epilepſia. Lugd. Bat. 1725. p. 11.

Frank (J. P.) Syſtem der med. Poliz. Th. I. p. 297. ſqu.

Mithof (H. B.) D. de ſede irritamenti in epilepſ. Goetting. 1788. 4.

Rougemont (J. C.) Abh. v. d. erblichen Krankheiten; a. d. Franzöſ. v. F. G. Wegeler. Frankf. 1794. 8.

v. Swieten Commentar. edit. Hilpershuſ. T. III. p. 404.

Tiſſot l. c. p. 31. et not. translat. 13.

Exempla obſervata habent:

Boerhave prax. medic. T. V. p. 30. (omnibus liberis patris epileptici hunc morbum lethalem fuiſſe vidit.)

Brun-

Brunner Conſil. n. 16.
E. N. C. Dec. III. ann. IX et X. obſ. 126.
Erberfeld D. de epilepſia haereditaria caſum exhibens. Duisburg. 1705.
Fernel. Phyſiolog. L. VII. cap. 6.
Holler. Cent. II. curat. 47.
Linnée, rſp. P. Zetzel D. ſ. conſectaria electrico-medica. Upſal. 1754.
Marcell. Donat. med. hiſtor. mirabil. L. IV. c. 18.
Michaelis medic. Bibl. B. I. p. 360.
Poterii Curation. Cent. II. n. 47.
Quarin. animadverſion. p. 15.
Saillant in Memoir. d. l. Societ. roy. d. med. T. III. p. 305.
Stahl (G. E.) D. de haereditaria diſpoſitione ad varios affectus. Halae 1706. p. 48. (omnia cujusdam familiae membra pubertatis tempore epilepſia infeſta vidit.)
Stoll de morbis chronic. T. II. p. 2.
Wepfer obſervat. 131.
Zacut. Luſitan. prax. admir. L. I. obſ. 36. (Patris epileptici filii VIII. et nepotes III. quoque epilepſia laborantes.)

Scholion.

Hic optimus mihi videtur locus ad interponendam opinionem quorundam veterum, epilepſiam nempe fieri, ubi concipitur homo fluentibus menſtruis, uti teſtantur Arabes, ideoque in legibus Moſaicis coitum cum muliere menſtruata eſſe interdictum.

vid. Theoph. de Meza Compend. med. pract. Faſcic. V. Havniae 1781. p. 14.

SECT. II.

Matris partum in utero gerentis variae commotiones.

Cfr. Alberti Jurisprud. med. append. p. 33.
Hofmann (Fr.) D. de morb. foetuum in utero materno. Halae 1702. §. 7. p. 9.
Reiniger (E. S.) D. de prole parentum culpas luente. Lipſ. 1774. p. 37.

Sprengel (K.) in annot. ad Buchan's Hausarzeneikunde. Altenburg. 1792. (negat huncce epilepſiae originem.)
v. Swieten Comment. T. III. p. 406.
Tiſſot l. c. p. 33 — 38. cfr. et not. Ackermanni.

Exempla enarrant:

E. N. C. Dec. II. ann. IV. Append. p. 209. (Congenita epilepſia recurrens ex viſo lepore, ob terrorem matris tempore graviditatis ex lepore perceptum.)
Fabric. Hildan. Obſerv. chirurg. Cent. III. obſ. 8. (Epil. a terrore, quem mater ex aſpectu epileptici perceperat.)
Miſcell. Nat. Curioſ. Dec. I. Ann. III. obſ. 160.
Reiniger l. c.
Tiſſot l. c.

SECT. III.

Capitis vitia.

A) *Commotiones capitis.*

Acta Nat. Curioſ. Dec. II. ann. I. obſ. 92. (Epilepſia ex contuſione capitis.)
Alberti Jurispr. medic. P. I. p. 411. (a concuſſione temporum.)
E. N. C. Dec. I. ann. II. obſ. 259.
— — — — VI et VII. obſ. 107. (a lapſu.)
Greding l. c. Th. II. p. 56.
Hoechſtaetter Obſervat. Dec. II. caſ. 5. (a lapſu.)
Hornung Ciſt. med. p. 290. (a lapſu.)
Meyer Abrahamſon, in Mekel Archiv d. pract. Arzn. B. III. St. 1. n. 2.
Miſcell. Nat. Cur. Dec. I. ann. IV. obſ. 35. (Epilepſia infantis, cujus caput a nutrice contra incunabulas graviter concuſſum erat.)
Ortlob in E. N. C. Dec. II. ann. IV. V. obſ. 198. (Epilepſia a lapſu infantis, hinc perpetua infantia, imbecillitas, dein hydrocephalus, cum tamen annum triceſimum ſeptimum adtigiſſet.)
Pouteau Melanges de Chirurg. Lyon 1760. 8. p. 85. (ab ictu in cranium.)

Schell-

Schellhammer (G. C.) in Act. N. C. Dec. II. ann. VI. obſ. 114. (ab ictu in ſyncipут poſt octennium orta.)

Schenk (Joh.) Lib. I. obſ. 202 et 213. (ab ictu in os temporis.)

Schurig. Chylologia, p. 205.

B) *Cranii vitia et laeſiones.*

Act. Nat. Cur. Cent. VII. p. 299. (a fiſſura oſſis frontis.)

— — — Dec. I. ann. 4. 5. obſ. 35. (ab incurvatione diplois internae.)

Anderſon, vid. Auserl. Abhandl. f. pr. Aerzt. B. XIII. p. 712. (cranium dura matre concretum.)

Baldinger D. de epilepſia ex tumore durae matris ſcirrhoſo et carie cranii. Jenae 1771. recuſ. in Waiz. Auszüg. B. VI. no. 7.

Ballonii (Guil.) paradigmata et hiſtoriae morborum ob raritatem obſervatione digniſſimae, Pariſ. 1648. 4. p. 45. (Calva depreſſa, inde nata epilepſia, dein factum, effracto cranio, ut elevaretur, quod depreſſum erat.)

Bartholini Anatom. reformat. Lib. IV. cap. 5. (Ep. a prava ſuturarum diſpoſitione.)

Berengarii (Jac.) Tr. de fracturis calvariae. Bononiae 1518. 4. p. 71. (a vulnere cranii.)

Binninger. obſervat. medicinal. Cent. IV. obſ. 64. (a vulnere cranii.)

Blegny Zodiac. gallic. Ann. 1679. Febr. obſ. 7. (plura exempla habet.)

Bonet. Sepulchr. anatom. L. I. Sect. XII. obſ. 4. (ſingular. cranii conformatio.)

— — — — app. (Suturarum prava diſpoſitio.)

Boretii (Matth. Ern.) reſp. J. G. Arnold D. de epilepſia ex depreſſo cranio. Regiomont. 1724.

§. 7. Ep. a plica nimis ligatae mitrae cranium premente in infante decem hebdomadum.

§. 19. Ep. a depreſſione cranii ab ictu praeceptoris incauto.

Cloſſy Obſervations taken of morbid bodies. Sect. I. obſ. 9. p. 17. (Ep. a tumore in oſſe frontis ab ictu.)

Cöler, vid. Schmuckers vermiſcht. Schrift. Th. I. p. 259. (a vulnere cranii.)

Didier

Didier Patholog. p. 316. (a globulo ſclopetario intra oſſa cranii haerente et, ſupino jacente homine, paroxyſmum epilepticum ex preſſione cerebri producente.)

Duretus, vid. H. Boerhav. prael. de morb. nerv. p. 118. (Ep. a caſu et inde oborta depreſſione cranii.)

Fernel. de abdit. rer. cauſ. L. I. cap. III. (a vulnere cum fractura cranii.)

Gabelchover Obſerv. Cent. IV. p. 117. (a vulnere cranii.)

Greding (J. E.) ſämmtl. Schrift. herausg. v. Dr. C. W. Greding. Greiz. 1790. Th. I. p. 290. (a tumore cranii inter ſuturam ſagittalem et coronalem nucis juglandis magnitudine a caſu in juventute perpeſſa.)

Hofmann (J. M.) in E. N. C. Cent. VIII. obſ. 29. (E. funeſta a fiſſura oſſis frontis a lapſu oborta.)

Leveling (Henr. Palm.) D. de cranio militis quondam venerei, poſtea epileptici, tandem apoplectici defuncti. Ingolſtad. 1774. 4. c. tab. aeneis.

Lemonnier in Journal de Medec. T. LIX. Pariſ. 1783. p. 421. (Cranium dura matre cohaerens.)

Locher. (Max.) Obſerv. pract. p. 81. (a topho ſyphilitico cranii.)

Loehrl de morbis oſſium in genere, p. 22. (exoſtoſis cranii.)

Mekel Recherches ſur les cauſes de folie. obſ. 14. (a lamina oſſea duram matrem irritante.)

Morgagni, v. Lieutaud hiſtoria anat. med. ed. Schlegel, T. II. Longoſal. 1787. 8. p. 321. (In epileptico poſt capitis contuſionem foramen paulo minus, ut apicem digiti admitteret, dura matre occluſum, ſub quo occurrit fovea magni ovi capax.)

Pew (Rich.) Skizzen a. d. Heilkunde; a. d. Engl. von D. C. F. Michaelis. Leipzig 1787. 8. p. 2. ſq. (Multa profert de inaequalitate oſſium cranii et inde deſtructa harmonia proportionali inter cranium et cerebrum, nec non de exoſtoſibus cranii.)

Pozzis (Ant. de) in E. N. C. Dec. I. Ann. IV. V. obſ. 34. (a lamina oſſea ſinum falciformen premente.)

Quarin (Joſ.) animadv. practic. in diverſ. morb. chron. Viennae 1786.

Cap. II. p. 19. Ep. ab exoſtoſi e lue venerea neglecta.

— — p. 22. Ep. a topho cranii ex eadem cauſa.

Rhodii Obſervat. Cent. I. obſ. 55. (a tumore cranii.)

Stalpart v. d. Wiel Obſervat. Cent. I. obſ. 38. (Ep. a deformitate cranii.)

Vicrac in Verhandelingen vitgeg. d. d. Holland. Maatſchapp. d. Weetenſch. te Haarlem. B. XIV. Haarlem 1773. 8. p. 49. (a carie oſſis occipitis.)

Vieuſſens (Raim. de) Hiſtoir. des malad. intern. à Toulouſe 1774. (E. a feſtuca cranii cerebro impacta.)

Wurm in Schmucker verm. Schrift. T. I. p. 252. (a vulnere cranii.)

Zechius, v. Bonet. Sepulchr. anat. L. I. S. XII. obſ. 3. (a vulnere et depreſſione cranii.)

C) *Cerebri et cerebelli vitia et laeſiones.*

a) *Structurae et maſſae.*

Baader (Joſeph.) Obſervat. medic. inciſionibus cadaverum anatomicis illuſtratae. Friburg. 1762. 8. p. 107. (Cerebri ſubſtantia tam corticalis quam medullaris durior et ſcirrhoſa.)

Baumer (J. W.), rſp. G. J. Pfeffer D. de convulſionibus clonicis. Gieſſae 1778. 4. p. 13 et 15. (Cerebrum duriuſculum.)

Glandorp. Spec. Chirurg. obſ. 6. (Cerebrum ſphacelatum.)

Greding l. c. p. 306. (Exempla cerebri foetidiſſimi.)

— — — p. 309. (Exempla mollitiei cerebri nimiae.)

Guarinoni, v. Lieutaud l. c. p. 355. obſ. 153. (In cadavere venerei ſimul epileptici pars ſiniſtra cerebri fere tota corrupta et gangraenoſa.)

Kortum de vitio ſcrophuloſo etc. T. I. Lemgov. 1789. p. 76. (Induratio cerebri a materia ſcrophuloſa cerebrum occupante indeque epilepſia.)

Marchettis (Petr. de) obſervat. chirurg. Patav. 1664. 4. p. 59. (Mollities nimia maſſae.)

Morgagni de ſed. et cauſ. morb. Epiſt. IX. §. 16. (Hemiſphaerii ſiniſtri pars anterior molliſſima gelatinoſa collapſa.)

— — §. 18. Mollities thalami nervorum opticorum.

Morgagni de ſed. etc. §. 25. Cerebri pars anterior cartilaginea.

— — — §. 26. Subſtantia corticalis plane indurata paſſim ſcirrhoſa, paſſim cartilaginea.

Salmuth (Phil.) Obſervat. med. Cent. III. poſthum. Brunſuic. 1648. 4. Cent. III. obſ. 22. (Cerebrum ſphacelatum.)

Schmidt (Ern. Gottl.) obſervat. chirurg. obſ. 3. (Hemiſphaerium dextrum plane liquefactum.)

Sponius (Jac.) in Act. Erud. Lipſ. Ann. 1689. (Cerebrum ſubdurum.)

Tiſſot l. c. p. 116. §. 46.

b) *Stagnationes et Effuſiones.*

α) *Sanguineae.*

Bartholini Hiſtor. anatom. Havn. 1654. 8. Cent. II. obſ. 92. (in ſupremo cerebro prope cranium ſanguis concretus.)

Drelincourt, in Bonet. Sepulchr. anat. T. I. p. 294. (Vaſa ſanguine turgida rupta.)

Dulac, v. Lieutaud l. c. T. II. p. 361. obſ. 173. (a.) (Vaſa cerebri turgida.)

Johnſtone in Medic. Obſervat. and Inquir. Vol. II. n. 6. p. 115. (Vaſa ſanguine turgida. Guttulae ſanguineae ex ſubſtantia cerebri tranſciſſa abunde ſtillantes.)

Marquiſius in Zodiac. med. gall. Ann. 1682. (Sanguis in ventriculos cerebri effuſus.)

Mekel Recherch. ſur les cauſes de la folie, in Memoir. de Berl. 1760. obſ. 10.

Morgagni l. c. Epiſt. IX. §. 12. 14.

Richter Anfangsgr. der Wundarzn. Vol. II. §. 207. (varicoſa vaſorum expanſio et repletio.)

Rümler (J. Udalr.), in Bonet. l. c. T. I. p. 274. (Effuſiones ſanguinis.)

Sponius (J.) in Act. Erud. Lipſ. Ann. 1682. et in Bonet. l. c. T. I. p. 299. (in lobo cerebri dextro magna effuſi ſanguinis copia.)

Tiſſot l. c. p. 122. ſqu.

Valſalva, vid. Lieutaud l. c. p. 381. obſ. 236.

We-

Wepfer (J. J.) in E. N. C. Dec. III. Ann. I. obſ. 135. (Vaſa turgida ſanguinis & j. effuſa.)

β) Seroſae. Gelatinoſae.

Bang (Fr.) Auswahl aus d. Tageb. d. Königl. Friedr. Krankenhauſ. zu Copenhag. aus d. Lat. von Jugler. Th. I. Copenh. u. Leipz. 1790. 8. p. 129. 165.

Baumer (J. W.) Diſſ. cit. p. 15.

Bontii (Jac.) Obſervat. ſelect. ex diſſectione cadaverum et autopſia deſcriptae. Amſtelodam. 1694. 8. (Materia viſcida in ventriculis.)

Borell. (Petr.) Obſervat. Cent. I. obſ. 78.

Drelincourt, v. Bonet l. c. T. I. p. 296. (Ventriculi flava ſpiſſaque gelatina repleti ſuper totum cerebrum effuſa.)

Lieutaud hiſtor. anatom. T. II.

p. 354. obſ. 150. Morgagni. (in dextra cerebri parte fovea ſero ſubfuſco et ſanguine repleta.)

p. 430. obſ. 414. Mangold. (Seri tanta quantitas, ut omnes cerebri receſſus intus et extus ſubiiſſet.)

p. 443. obſ. 469. Morgagni. (Sub tenui meninge materia gelatinoſa cum bullulis aëreis. Pauca ſeroſa colluvies in ventriculis.)

p. 444. obſ. 470. a. Baader. (Lympha mucoſa, gelatinoſa et copioſiſſima inter cerebri corticem et meninges ſtagnans. Ventriculi ſero pleni.)

p. 448. obſ. 480. a. Baader. (In hemiſphaerio ſiniſtro et ipſa ſubſtantia corticali et medullari copioſa lympha craſſa et mucoſa.)

Piſo (Carol.) de morb. a colluv. ſeroſ. Sect. II. cap. 7.

Poupart, in Memoir. d. l'Acad. d. Sc. à Paris 1705. p. 62. (Gelatina dura firmius durae matri adhaerens.)

Rhodii Obſerv. med. Cent. I. obſ. 49. (Ventriculi cerebri et cavitates medullae ſpinalis ſero repleti.)

Riverii (Lazar.) Obſervat. med. et curat. inſign. Pariſ. 1646. 4. Cent. I. obſ. 37.

Schenk. (Joann.) obſervat. med. L. I. obſ. 222.

Thoneri (Auguſtin.) de admirand. convulſivis motibus Libr. IV.

Ulm. 1651. 4. L. II. obſ. 2. p. 92. (Epilepſia non a ſola vaporoſa materia, ſed humoroſa copioſe in cavitatibus cerebri inventa proveniens.)

γ) *Aquoſae, e. g. Hydrocephalus.*

Bartholin. (Thom.) Hiſtor. anat. Cent. III. hiſt. 80. (Aquae ℔ j. in cerebro.)

Bonet. Sepulchr. anatom. T. I. obſ. 7. 8. 10. 12. 13. 15. 17.

Coiter. (Volcher.) Obſerv. anat. chirurg. Norimb. 1572. fol. p. 57.

Foreſt. (Petr.) de capit. et ventr. morbis L. III. Leidae 1590. 8. (Epil. a hydrocephalo.)

Gavaſetti, in J. B. Morgagni l. c. Ep. IX. §. 3. p. 68.

Greding l. c. p. 294. (▽ inter duram et piam.)
p. 304. (inter piam et ſubſt. corticalem.)
p. 310. (in ventriculis lateralibus.)
p. 316. (in ventriculo tertio.)
p. 326. (in ventriculo quarto.)

Harder. (Jo. Jac.) Apiarium. Baſil. 1687. 4. (Ventriculi aqua repleti.)

Lieutaud l. c. p. 359. obſ. 167. Inter ſubſtantiam corticalem et piam matrem et in ventriculis lateralibus maxima aquae copia. — Acta Londinenſia.
p. 361. obſ. 172. Ventriculus ſiniſter aqua plenus. — Miſcell. curioſa.
p. 375. obſ. 217. ▽ in ventriculis. — Journ. de Medec.
p. 448. obſ. 481. (a.) — — — Fournier.

Riverii Obſerv. Cent. I. obſ. 37. v. Ejus opera med. Genev. 1737. fol. p. 473.

Roche (de la), in Edinburg. med. Comment. B. I. p. 229.

Rucker, in Commerc. litt. Nor. 1739. p. 337. (Ep. a hydrocephalo.)

Sauvages Noſol. method. ed. Daniel. T. III. p. 106.

Vogel (S. G.), in Hufeland Journ. der pract. Arzneik. B. I. St. 2. p. 275.

Walter, in Leske auserl. Abhandl. B. II. p. 7.

δ) *Purulentae. Abſceſſus.*

Bauhin, v. Bonet l. c. p. 371. (Abſceſſus in dextro cerebri lobo.)

Bau-

Baumer. in Diſſ. cit. p. 14.

Borrich. (Ol.) vid. Bonet l. c. p. 293. (Abſceſſus in dextro lobo cerebri ovum gallinaceum magnitudine ſuperans.)

Cloſſy Obſervations taken diſſection of morbid bodies. Sect. I. obſ. 9. p. 17. (Parva ulcera in ſuperficie interna durae matris.)

Fernel. Pathol. Lib. V. cap. 3. (Abſceſſus in cerebro.)

Pouppe Deſportes Hiſtoire des maladies de St. Domingue. à Paris 1770. T. II. p. 209. (Glandula pituitaria magnitudinis ovi fungoſa ad tertiam pure repleta involucro obvoluta.)

Rümler, v. Bonet l. c. p. 274. (Dura mater ulceribus eroſa.)

Salmuth Obſervat. Cent. I. obſ. 17. (Pus in meningibus.)

* * *

Baader (Joſ.) Obſervat. medic. 1762. p. 107. (Abſceſſus ad ovi gallinacei magnitudinem accedens in ſubſt. medullari.)

Comment. Lipſ. Vol. XII. P. IV. p. 615.

— — — Vol. XVI. P. IV. p. 714.

Lieutaud l. c. p. 346. obſ. 118. (Abſceſſus magnitudine ovi columbini, cujus pus album et foetidum viam ſibi cuderat verſus medullam oblongatam.)

Maſſa (Nicol.) Epiſt. medic. Venet. 1550. 4. Lib. II. Ep. 2. (retenta ſanies in vulnere capitis. Cannula immiſſa indeque ſaniei exitu reſtituta, epilepſia eſt ſublata.)

Mekel Recherch. ſur les cauſes de la folie, in Memoir. de Berl. T. XX. p. 85.

Morgagni l. c. Ep. IX. art. 20. 21.

Mutzell Wahrnehm. Th. II. n. 21.

Perotti, v. Comm. Lipſ. Vol. III. p. 651.

Röderer Pr. de cerebri ſcirrho. Gotting. 1762.

Severini nov. obſervat. p. 116.

Vicrac in Verhandelingen van Harlem, B. XIV. p. 49.

D) *Concrementa.*

α) *Scirrhoſa.*

Baldinger (E. G.) Diſſ. de epilepſia ex tumore durae matris ſcirrhoſo et carie cranii. Jenae 1771.

In III. e XVI. epilept. fatuis
In X. e XX. epilepticis } adipe obvolutum.)

Pew mediz. Skizzen. p. 38. (Cor dilatatum.)
W. G. M. B. in Philoſ. Transact. T. XIV, n. 157. (mirifice dilatatum.)

α) *Ventriculi cordis.*

Greding l. c. p. 348.
(In VI. epil. furioſis
In III. epilepticis } uterque vacuus.
In IV. epil. furioſis
In II. epil. fatuis } ſiniſter vacuus.
In VI. e XXVI. epil. furioſis ſanguis tenuis aquoſus in utroque.
In VII. — — — polypi adipoſi in utroque.
In VIII. — — — ſanguis nigreſcens ſebaceus in dextro.
In III. e XVI. epil. fatuis nihil in utroque.

In IV.

In IV. e XVI. epil. fatuis ſanguis tenuis aquoſus in dextro, ſiniſtro vacuo.
In V. — — — polypi adipoſi in utroque.
In II. — — — — — in dextro.
In II. — — — ſanguis tenuis aquoſus in utroque.
In III. e XX. epilepticis uterque vacuus.
In IV. — — — in utroque polypi adipoſi et in dextro ſanguis ſpiſſus ſebaceus.
In VII. — — — in utroque ſanguis ſpiſſus ſebaceus et in II. ex his polypi adipoſi.
In VI. — — — in ſiniſtro ſanguis ſpiſſus nigreſcens; in dextro polypi grandes adipoſi.)

Medical obſervations and Inquiries. Vol. II. (Ventriculus cordis ſiniſter ruptus.)

W. G. M. B. in Philoſ. Transact. T. XIV. n. 157. De polypo in corde viri epileptici, icterici, anheloſi, palpitationibus cordis infeſtati, reperto. (Polypus in dextri ventriculi apice, radicatus, ramoſus, in venam cavam protenſus usque in jugulares, fibroſus, velamento obductus proprio.)

β) *Auriculae cordis.*

Greding l. c. p. 350.
(In X. epil. furioſis polypi veri in ſiniſtra.
In VIII. epilepticis polypi adipoſi in utraque.)

h) *Diaphragma.*

Bonet Sepulchr. anat. Lib. I. Sect. XII. obſ. 24. (Ulcus diaphragma rodens.)

S E C T. 6.

Abdomen.

Cfr. P. II. Cap. IV. Sect. X.

a) *Omentum.*

Lieutaud l. c. p. 430. obſ. 414. (putridum. — Mangold.)

b) *Ventriculus.*

Bertram (A. G.) D. de ſpaſmo ex inanitione conjecturae. Halae 1781. (vaſorum infarctus in ventriculo.)

Delii (H. F.) amoenit. med. Dec. V. in praefat. Lipſiae 1745. 8.
(foramen magnitudine floreni oriſque callofis prope pylorum.)
Morgagni l. c. Epiſt. LXII. art. 2. (Ventriculus inflammatus.)
Sauvages l. c. p. 105. (maculae exiguae rubrae in tunica villoſa.)
Sorbait (Paul. de) univerſa medicina. Norimberg. 1672. fol. p. 85.
(Ventriculus eroſus et perforatus.)

c) *Hepar.*
Bertram (A. G.) diſſ. cit. (duris tuberculis obſitum.)
Lieutaud l. c. p. 430. obſ. 414. (duplo majus, quam naturâ eſſe debet. — Mangold.)

d) *Veſicula fellea.*
E. N. C. Dec. II. Ann. VII. obſ. 23. (Pori biliarii calcarea materia obducti.)

e) *Lien.*
Bonet Sepulchr. anat. Lib. I. Sect. XII. obſ. 42. (ſcirrhoſum flavidi coloris.)
Lieutaud l. c. p. 430. obſ. 414. (ingens. — Mangold.)
Miſcell. Nat. Curioſ. Dec. I. Ann. VI. p. 177. (induratum.)

f) *Meſenterium.*
Lieutaud l. c. p. 430. obſ. 414. (putreſcens. — Mangold.)
Sauvages l. c. p. 107. (glandulae meſenterii tumidae.)

g) *Inteſtina.*
Bertram, in diſſ. cit. (Aſcaris lumbricoides vivens in duodeno.)
Bresl. Samml. April, 1720. p. 445. (Ilei intus ſuſceptio.)
— — — 1721. p. 413. (nummus argenteus deglutitus in valvula coli haerens.)
— — — 1725. p. 421. (carnoſum concrementum in inteſtinis.)
E. N. C. Dec. II. Ann. II. obſ. 152. Schol. (Globuli pingues inteſtinis adhaerentes.)
Harder Apiarium. Baſil. 1687. 4. obſ. 99. (Inteſtina tenuia eroſa.)
Lieutaud l. c. p. 430. obſ. 414. (vermibus ſcatentia. — Mangold.)
Pechlin Obſerv. med. L. II. obſ. 29. (valde diſtenta.)

h) *Re-*

h) *Renes.*

Bartholin Hiſtor. anat. Cent. V. hiſt. 61. (Calculi in renibus.)

Brendel Opuſc. med. T. I. p. 59. (Calc. in renib.)

E. N. C. Dec. II. Ann. X. obſ. 20. (Calc. in renib.)

La Motte Traité de chirurgie. T. II. p. 419. (Calc. in renib.)

i) *Uretheres.*

Brendel l. c. p. 59. (Calculi in dextro.)

k) *Veſica urinaria.*

Zacut. Luſitan. prax. L. VII. obſ. 6. (grummoſus ſanguis in collo veſicae retentus.)

l) *Genitalia.*

Zacut. Luſitan. l. c. L. II. obſ. 119. (Semen corruptum in vaſis deferentibus congeſtum.)

APPENDIX II.

De Aura ſic dicta epileptica.

§. I.

Hocce nomine inſignita eſt iſta hic inde obſervata major minorve ſenſatio vaporis praeſertim frigidi in omni quadam corporis praeter caput parte ſeſe commoventis et fere ſemper ad caput aſcendentis, unicuique paroxyſmo epileptico praeſagii inſtar antecedens. Hoc ſymptoma anteſignanum epilepſiae proprium ſingularemque attentionem demerens multifario modo ſeſe offert obſervatori. Alii hanc ſenſationem quaſi ab afflante aura frigida productam; alii vapori frigido ſimilem aut pruritum ceu formicarum reptationem ſenſim emergentem; alii frigidae undae verſus caput fluctuationem imitantem; ſaepe etiam nonniſi ſurſum factam motitationem quamdam absque ſenſu peculiari obſervaſſe aſſerunt. Ipſae vero hae ſenſationes plerumque ex eo corporis loco, cui epilepſiae cauſa materialis veriſimiliter inhaeret, exſurgunt, et, quando ad caput devenerint, ipſe morbus cum ſenſuum mentisque interceptione et membrorum convulſionibus aegros invadit. Plerumque, et quidem ſecundum plurium ſcriptorum obſervata, nervorum ad cerebrum tendentium viam ſequuntur, etſi Cl. Cullen (v. Ej.

An-

Anfangsgr. der Arzneiw. Th. III. p. 167.), eas hanc praecipue eligere viam, neget et plerumque nonniſi per cutem progredi contendat. Quam ob rem varii jam dudum bono interdum ſucceſſu tentavere, vel inſtituta iſtius partis, unde iſta anteſignana ortum trahit aura, compreſſione, vel ligatura, vel applicatis cauſticis et uſtionibus, aut adhibito fonticulo aut cauſae materialis plenaria exſtirpatione, ipſius denique nervi diſciſſione avertere paroxyſmum, quin ipſi tandem malo imponere finem.

§. II.

Praemiſſa nunc hujus ſymptomatis deſcriptione ſecundum clariſſimorum ſcriptorum obſervata, liceat mihi quaedam enarrare obſervata, quae mecum meus, dum inter vivos erat, Fautor atque Amicus pie colendus, beat. Rehfeldt, Sacr. Majeſt. Suecicae Archiater atque in Academia Gryphica artis medicae Profeſſor experientiſſimus, ex ſua ſat ſatis vaga experientia benigne communicavit. Obſervavit nempe ille vir, animi ac eruditionis praeſtantia clarus: aegrotos taliter affectos tunc tantum hujus aurae ad caput usque aſcenſum ſenſu quaſi proſequi poſſe et hujus ſenſationis usque ad aggreſſum ad caput ſibi conſcios fuiſſe, ſi aura illa e quodam ſuperiorum extremitatum loco ſit orta: Si autem ex quodam abdominis aut inferiorum extremitatum loco ortum duxerit, ejus aſcenſionem tantum usque ad diaphragmatis regionem aut ſic dictum cordis ſcrobiculum ab aegro eſſe perceptam.

Porro Cl. ille Vir mecum communicavit, a quibusdam hyſterico-epilepticis, chloroticis, gracilisque ſtructurae hancce auram plus minusve, ut ajebant, calidam eſſe perceptam et quidem ab una ex illis aſperſioni guttarum aquae fervidae ſurſum currentium aequantem eſſe deſcriptam.

§. III.

Praeluſtranti mihi tantam copiam librorum, de epilepſia tractantium, mirum ſaepius videbatur, quod de hoc antiquitus jam cognito, ſaepius ventilato, non raro et certe memoratu ac contemplatione digniſſimo ſymptomate tam pauca minusque accurata in iis relicta inveniantur obſervata. Plurimi eam quidem et ejus curſum aſcenſorium deſcribunt, de ejus cauſa ſingularique natura autem nulla habentes. Ipſe Cl. Tiſſot (l. c. p. 167.) perpauca et Cl. Greding (certe omni laude memorandus epilepſiae obſervator) nihil hac de re commemorarunt. Sed et mihi ex propria experientia

quae-

quaedam afferre non licitum eſt, ideoque ſufficiat, quaedam veterum et recentiorum de hoc ſymptomate commenta, caſus variis e ſcriptoribus collectos et illa denique ex therapeuticis adminiculis deſumpta ad auram epilepticam reſpicientia in medium proferre.

§. IV.

Jam Pelops, Galeni praeceptor, de epilepſia docuit: ejus fomitem ſaepius exiſtere in alia praeter caput parte et morbum ipſum aut per continuationem partis aut flatuoſam per ſubſtantiam (πνευματικήν τίνα ὥσπερ αὖραν) transmitti.

Galen. de loc. affect. L. III.

Galenus (in loc. cit.) ſtatuit humorem morbificum aliunde ad caput aſcendentem. En! prima apud veteres veſtigia ſic dictae aurae epilepticae, quae autem ſaepius in epilepticis diverſimode obſervata omnem veterum attentionem omnino excitavit, ideoque illos in falſam illam induxit opinionem, epilepſiam ſemper ab aura quadam trahere ortum. Et quum plurimi ſcriptores medii aevi, nec non ſeculi XVI. et XVII. Galenicis et veterum ſententiis proprias ſuperſtruxerint, facile dijudicamus, unde veniat, quod tanta copia definitionum epilepſiae et ejus cauſae proximae contineat aurae aut vaporis ideam.

Vid. Part. II. Cap. I. et III. (Definitiones Donati, Foreſti, Fuhrmanni, Heurnii, Horſtii, Langelotti, Michaelis et Sennerti.)

Exinde quoque certius mihi evadit, Coelleri, Helmontii aliorumque ſententias de archeo ut epilepſiae cauſa ortas eſſe.

§. V.

Erant autem alii, qui iſtae opinioni (auram aut vaporem ſemper eſſe epilepſiae cauſam) firmiter oppugnabant, omnem fere epilepſiae ortum ex extremitatibus negantes, ex quibus nominaſſe ſufficiat:

Mödt (Barthol. de) Patholog. cerebr. p. 423.
Piſo (Carol.) de morb. a colluv. ſeroſ. p. 140.
Thoneri (Auguſtin.) de admirandis convulſivis motibus. Lib. IV. Ulm. 1651. 4. p. 90.
Willis (Thom.) de morb. convulſivis, paſſim.

§. VI.

§. VI.

Ex recentioribus praecipue Cel. Cullen et Cel. Rahn etſi perpauca, quaedam tamen de hac materia commemorarunt. Quae Cl. Cullen in medium profert, praecipue adminicula therapeutica, v. c. ligaturam et cauteriſationem, reſpiciunt.

v. Cullen Anfangsgr. d. Arzneiw. Th. III. p. 166. et 174.

Cel. Rahn ſequentes vias, in quibus producitur aura epileptica, diſtinguit:

1) Cauſa occaſionalis paroxyſmi epileptici, ipſi loco, ubi praeviae iſtae ſenſationes percipiuntur, inhaeret.

2) Cauſa occaſionalis in alio quidem loco ſubeſt; is vero, ubi ſenſationes iſtae praecedunt, ad reliquas ſyſtematis ſentientis atque irritabilis partes (quibus nititur conſenſus) ita ſeſe habet, ut nonniſi ejus intercedente mutatione a cauſa iſta occaſionali (alibi latente) proxima epilepſiae cauſa enaſci queat.

v. Rahn Briefwechſel mit ſeinen ehmalig. Schülern. Samml. I. Zürch 1787. p. 524—527.

Cel. Junker tertium denique caſum ſequenti ratione conſtituendum eſſe putat:

Cauſa occaſionalis loco, quem dictae ſenſationes tenent, neque inhaeret, neque, ut malum (proximam ſcilicet epilepſiae cauſam) inducat, intercedente iſtius loci mutatione (ligatura etc. alias praecavenda) eget.

v. J. C. G. Junker Conſpect. rerum, quae in pathologia medicinali pertractantur. Vol. II. Halae 1790. p. 70.

§. VII.

Relatis nunc iis, quae mihi de hujus ſymptomatis deſcriptione et theoretica magis contemplatione extitere, ſupereſt, ut caſus hocce ſymptoma reſpicientes hinc inde repertos lectoribus denotem.

Alexand. Trallian. L. I. cap. 15. (aura a planta pedis aſcendens.)
A. N. C. Cent. I. obſ. 80. (a pede aſſurgens.)
— — — obſ. 85. (ex brachio.)
— — Vol. VIII. obſ. 13. (e manu.)
Bang, in Act. Societ. med. Havn. T. I.
Bartholin l. c. Cent. VI. hiſtor. 78. (ex pede.)

Bin-

Binninger obſ. med. Cent. II. obſ. 16. (e pollice pedis.)
Bonet Sepulchr. anat. T. I. p. 291. (Pruritus reptantium formicarum inſtar in regione inguinali ſiniſtra cum intumeſcentia in hacce regione ad plantam pedis deſcendens, tunc ſubito ad caput aſſurgens et paroxyſmum producens.)
Borelli Obſervat. med. Cent. II. obſ. 95. (a pollice pedis.)
Burnet Theſaurus medic. pract. Genevae 1676. 12. T. II. p. 463. (a crure.)
Cardani (Hieron.) opp. omn. T. X. Tract. de epilepſia.
Decker praxis Barbettiana. Lugdun. 1669. 12. p. 13. (a pollice pedis.)
— — — p. 15. (ex hypochondrio.)
— — — — (e pollice manus ſiniſtrae.)
Donati (Marcell.) de hiſtor. med. mirab. L. II. p. 146 et 147. (plures veterum obſervationes compilavit.)
Dovinetus, v. Schenk l. c. p. 118. (pruritus labii ſuperioris aſcenſorius.)
E. N. C. Dec. I. Ann. I. obſ. 85. (ex hypochondriis.)
— — — Ann. III. obſ. 336. (e brachio.)
— — Dec. II. Ann. I. obſ. 161. (e pollice pedis.)
— — — Ann. IX. p. 459.
— — — Ann. X. obſ. 20.
Epiphanii (Ferd.) Centum hiſtoriae. Venet. 1611. fol. hiſtor. 24.
Fernelii Patholog. L. V. cap. 3. (e ſummo vertice.)
Galen. de loc. affect. L. III. cap. 11. (a femore.)
Gilibert (J. E.) Samml. pract. Beob. und Krankengeſch. aus d. Lat. von E. B. G. Hebenſtreit. Leipzig 1792. p. 275. (a pede iniens.)
Grübel (J. G.), in E. N. C. Dec. II. Ann. VIII. obſ. 36. (a digito aſcendens.)
Hagendorn l. c. Cent. I. hiſtor. 6. (a pollice pedis.)
Heer (ab) obſerv. med. p. 275. (a pedis pollice.)
Helwig (J.) obſerv. poſth. med. phyſic. edit. a Luc. Schroekio. Auguſt. Vindelic. 1680. 4. p. 135. (a lumbis aſcendens.)
Herbert, vid. Comm. Lipſienſ. Vol. IV. p. 233. (a pollice pedis.)
Hoechſtaetter l. c. Dec. IV. caſ. 7. (e ſiniſtra manu.)

Holleri (Jacob.) de morbis internis L. II. Pariſ. 1565. (a liene vapor, inde, quando praecordia attigerat, epilepſia.)
Loeffler Beiträge zur Arzn. u. Wundarzneiwiſſenſch. Th. I. Leipz. u. Altona 1791. v. Richter chir. Bibl. B. XII. p. 327. (a planta pedis ad caput aſcendens.)
Mangor (C. E.), in Act. Soc. med. Havn. Vol. II. Havniae 1791. 8. pag. 452.
Merklin (G. A.), in E. N. C. Dec. I. Ann. VI. VII. obſ. 77. (In exigua quadam operatione in halluce peracta ortus paroxyſmus epilepticus ſaepe recurrens cum ſenſu aurae a loco operationis aſcendentis, quae labi cogebat aegrum, quam primum frontem attigerat.)
Pelargi medic. Jahrgänge. Th. III. p. 671.
Pew l. c. p. 44. (a pede ad caput aſcendens.)
Pfündel, in Hufeland Journal. B. II. St. II. p. 279. (a pede orta ad abdomen aſcendens, deinde concomitante cordis palpitatione inſtar aquae fervidae ad caput aſſurgens. Ligatura ſupra genu applicata ſemper impedivit paroxyſmum. Obſervavit autem aeger, ſe exinde majorem debilitatem percepiſſe, quam ſi ipſum perpeſſus fuit paroxyſmum.)
Plater (Fel.) Obſervat. ſelect. p. 470. (a pede cum tremore pedis ſenſim aſcendens.)
Raulin Traité des affections vapoureuſes. p. 43. (a planta pedis.)
Rhodius l. c. Cent. I. obſ. 57. (ex pollice dextr. manus.)
Salmuth Obſervat. Cent. I. obſ. 90. (a crure.)
Schellhammer, in E. N. C. Dec. II. Ann. VII. obſ. 197. (aura ante paroxyſmum a cerebro ad brachium deſcendens.)
Schenk l. c. p. 119. (a dorſo pedis usque ad praecordia.)
Schulz de Cinnabari. p. 136. (a pollice pedis.)
Short (Thom.), in Edinb. Verſuch. B. IV. p. 334. (a loco quodam pedis, in quo deinde concrementum detegebatur cartilagineum piſiforme, quo exciſo aegrota ab epilepſia liberata eſt.)
Tiſſot l. c. p. 89—100.
Tulpii Obſervat. med. Lib. I. caſ. 9. (a ſiniſtra regione abdominis.)
— — — caſ. 10. (a vulva.)

Tulpii Obſervat. med. L. IV. caſ. 2. (a pollice pedis.)
Zacut. Luſitan. Prax. admirand. L. I. obſ. 22. (ex pollice manus.)

§. VIII.

Quae ex therapeutica cultri chirurgici, cauterii, ligaturae et uſtionis adminiſtratione ad illuſtrandam hancce materiam nobis extant, ſequentia praecipue exhibent momenta, quorum documenta ſub quovis congruo articulo in catalogo medicamentorum invenies.

1) Epilepſia ſic dicta pediſymptomatica ſaepius per deſtructionem ejus partis, ex qua ea aura aſcendit, exciſionis, uſtionis aut cauterii ope eſt ſanata.
2) Partium vicinarum ſitu aut aliis circumſtantiis, hujus loci plenariam deſtructionem impedientibus, ſaepius jam veſicatorii aut fonticuli ad hunc locum applicatio morbum aut plane ſuſtulit aut imminuit.
3) Aura iſta aſcenſorium nervi cujusdam curſum comitante, tranſciſſio hujus nervi optimum interdum praebuit effectum.
4) Ligatura ſat ſatis firma, non procul ſupra originem aurae applicata repetitaque, ſaepius epilepſiam plenarie ſuſtulit, ſaepiſſime hujus morbi paroxyſmos magnopere debilitavit.
5) Impedito quidem per hancce ligaturam epilepſiae paroxyſmo ſaepius tamen in parte infra ligaturam tantae excitatae ſunt convulſiones partiales dolorificae, ut iſtas ne vix quidem tolerare poſſet aegrotus, ſed ligaturae potius deſideraret ſolutionem.
6) Quod omnium medicamentorum ſors eſt, et haec therapeutica adminicula a quibusdam artis medicae peritis incaſſum ſunt tentata.

APPENDIX III.

Veterum et recentiorum ſententiae de lunae aſtrorumque influxu in epilepſiam.

§. I.

Cuivis medico de artis noſtrae hiſtoria bene verſato haud aliena erunt aſtrologica veterum commenta, quibus deinde ſaeculum noſtrum eſſe expurgatum merito gaudemus. Sana experientia nullo modo illa probante, pertinent nunc iſta ad haereſes litterarias, quorum aſſeclam hodie ſe profitetur facile nemo. A veteribus autem tanti momenti in epilepſiam habebatur aſtrorum influxus, ut hancce ob cauſam epilepſiam nuncuparent morbum aſtralem aut ſideratum.

v. Paracelſus de morbo caduco. L. III. §. 3.
Storch von den Kinderkrankh. B. II. p. 68.

Putabatur enim omnino morbus ab aſtrorum conjunctione dependens.

v. Benedicti (Alexandr.) de omnium a capite ad calcem morborum cauſis Libr. XXX. Venetiis 1533. fol. p. 113.
Fludd (Rob.) de Aſtrologia L. VII. de Macrocosmo Tr. II. Part. X. Francofurt. 1624. p. 79.
Foreſt. (Petr.) Obſervation. Lib. X. obſ. 60.
Gabuccini (Hieron.) Lib. III. de morbo comitiali. Venetiis 1561. paſſim.
Hartmann Introd. in philoſ. vitalem. p. 19. et 32.
Juvellina (B. C. a) Tract. aſtrolog. ad medicinam pertinens. Venetiis 1666. 4. p. 133.

Sic et Mercurio praecipuam tribuit vim huic morbo regnandi auctor quidam, ſcientiam nobis plane tradens aſtrologicam, ſcil.

Ganivetus, in libro, cui titulus eſt: Amicus Medicorum. Francof. 1614. p. 266.

§. II.

In morbi hujus medela non negligendam eſſe aſtrorum contemplationem, veteres putarunt, e. g.

Camerarii Memorab. Cent. VIII. part. 64. (Anticpileptica rectius poſtero

poſtero die, quam hora conjunctionum luminarium eſſe propinanda.)

Theophraſt. Paracelſus de morbo caduco. p. 602. (Viſcum adhibendum eſſe aſcendente aſtro.)

§. III.

Relictis vero hisce, quae in pathologica et therapeutica hujus morbi conſideratione nullius momenti hodie habebantur, transeam ad illa, quae de lunae in epilepſiam influxu apud varios extant auctores. Veteres quoque et lunae nimiam tribuiſſe vim et perpauca vera innumeris falſis fabuloſisque mixta, nobis tradidiſſe, minime eſt negandum. Interea quoque ad hunc usque diem hisce obſervatis aliquid veri ineſſe omnino videtur, nec plane negligendam eſſe juſtam in lunae phaſes morborumque quorundam periodos attentionem.

Cfr. Treatiſe on ſol-lunar influence in fevers etc. by Fr. Balfour. Second Edition. London 1795. 8.

Tota haecce doctrina ad ſolam experientiam eſt reducenda, quum nudum ratiocinium hic fere nihil efficiat. Sola analogiae via ingredientibus pauxillum lucis nobis detegere licet. Luna nempe, quae maris fluxum et refluxum certe efficere habebatur, aequali vi paribusque viis agere poteſt, uti in reliquam terrae ſuperficiem ejusque atmoſphaeram ac tempeſtatis mutationes, ita quoque in ea, quae in terra creſcunt, nec non in animantia, quae iis ſtrictiſſimo vinculo ſunt conjuncta.

De actione lunae in maris fluxum et refluxum

cfr. Gehler (J. S. T.) phyſical. Wörterb. Th. I. Leipzig 1787. 8. Artikel: Ebbe.

De imperio lunae in tempeſtatum mutationes conferas, quae indefeſſo ſtudio ex propria et fida obſervatione per L. annos collecta dedit Cel. Toaldo in libro, cui titulus:

Della vera influenza degli aſtri nelle ſtagioni et mutazioni del tempo. Saggio meteorologico di Giuſeppe Toaldo, in Padova 1770. 4.

§. IV.

Nec raro quidem epilepſiae paroxyſmi periodice circa novilunium et plenilunium redeuntes obſervantur et quidem in ea praecipue epilepſiae ſpecie, quae aut ex verminoſa quadam corporis conſtitutione et menſium anomalia eſt derivanda, aut quae iis quodam modo juncta ſeſe nobis offert. Hocce phaenomenon jam antiquitus ſat ſatis obſervatum veterum attentionem omnino excitavit, ideoque eorum ſcripta de epilepſia tractantia lunae in huncce morbum influxum minime omittunt. Tantopere autem aſtrologicis commentis, nec non fabuloſis aſſueti hypotheſibus non poſſunt non, quin et de hac materia tractantes vera fabuloſis commiſceant. Quosdam ex iis et recentioribus nominaſſe ſufficiat. e. g.

Alexand. Trallian. l. c. L. I. cap. 15. (Tempore interlunii natos epilepſiae magis obnoxios eſſe.)

Aretaeus de cauſ. et ſign. morbor. Lib. I. cap. 4. (epilepſiam circa certas lunae phaſes commoveri.)

Arnoldus a Villanova, in Breviario, p. 1076. (edit. opp. Taurell. Baſil. 1585. fol.) (epilepſiam tempore lunae dividuae a phlegmate corporis humani, tempore novilunii et plenilunii a ſanguine, et tempore lunae decreſcentis a melancholia ortum ducere.)

Bartholomaeus Anglicus de proprietatibus rerum. Lib. VII. cap. 9. (Si epilepſia fuerit ex melancholia, in defectu lunae maxime laedere et infeſtare; ſi vero ex ſanguine et phlegmate, magis in plenilunio ſeſe oſtendere.)

Burmeſter (J. J.) D. de morbo ſpaſtico etc. Gotting. 1791. p. 20.

Camerarius (Jo.) Memorab. Cent. II. partic. 38. (epilepſiae novilunii tempore exaſperationem declarare ſtudet.)

Galen. de dieb. critic. L. III. (lunam dirigere periodos in epilepticis.)

Helmont (J. B.) oper. omnia. Venet. 1651. fol. (paſſim.)

Hofmann (Fr.) Inſtitut. L. III. cap. 88. (tempore interlunii natos epilepſiae magis obnoxios eſſe.)

Jaſon a Pratis de cerebri morbis. Baſil. 1549. 8. p. 349. (epilepſiam humidam recurrere creſcente luna; ſiccam decreſcente luna.)

Mead (R.) de imperio ſolis et lunae in corpora humana. Londini 1704. 8. (novilunii et plenilunii tempore frequentiores eſſe epilepſiae paroxyſmos.)

Paracelſi (Theophr.) oper. omn. T. I. Argentor. 1616. (paſſim.)

Riverii (Laz.) Arcana. Venet. 1676. 4. p. 97. (epilepſiam oriri e coitu ſolis et lunae.)

Rumpelt (C. A. F.) D. ſ. pathologiam epilepſiae. Lipſiae 1793. 4. pag. 39.

§. V.

Gratiores utilioresque ſeſe nobis praebent illi ſcriptores, qui nuda obſervata de periodicis epilepſiae paroxyſmis lunae phaſibus congruis nobis tradiderunt, ex quibus ſequentes denotare mihi licuit:

A. N. C. Cent. I. p. 137. (periodica lunaris.)

— — Dec. I. Ann. II. obſ. 95. (period. lunar.)

— — Dec. II. Ann. II. obſ. 148. (— — —)

— — — Ann. III. obſ. 40. (— — —)

Bartholin (Thom.) l. jam ſaepius citat. (puella epileptica maculis nonnullis in facie notata, quae ſecundum mutationes lunae reſpectu coloris et ambitus mutatae ſunt.)

Burmeſter (J. J.) Diſſ. cit. p. 20. (in virgine octodecim annorum bis quovis menſe in primo nempe et ultimo lunae quadrante paroxyſmus.)

Hornung (Jo.) ciſta medica. Norimb. 1625. 4. p. 404.

Mead (Rich.) l. c. (plures obſervationes tradens, puellae mentionem facit quotidie fere epilepticae, cujus pater, filiae clamore epileptico noctu expergefactus, in vicino fluvio Thameſi maris ſemper obſervavit refluxum.)

Pitcairn (Archib.) opuſcul. med. Roterod. 1714. 4. p. 74.

Plater (Fel.) Obſerv. Lib. I. p. 19. (diuturna lunatica cum menſium ſuppreſſione.)

Stahl (G. E.) Theor. med. pathol. P. II. S. III. p. 683. (periodica tempore lunae decreſcentis.)

— — — D. de haereditaria diſpoſitione in varios morbos. Halae 1706. §. 76. p. 48. (omnia ejusdem familiae membra pubertatis tempore paroxyſmis epilepticis obnoxia ſecundum lunae phaſes ſeſe mutantibus.)

§. VI.

Et ad morbi hujus medelam neceſſaria olim putabatur lunae phaſium accurata conſideratio; nec plane omnino ejus influxus interdum tamen, affirmante experientia, in curatione prophylactica et medicamentis adhibendis negligendus nobis quoque videtur.

Borell (Jo.) l. c. Cent. III. obſ. 15. (♁. ſtercor. pavon. luna ſilente.)

Boyle (Rob.) de utilitate natural. philoſ. P. II. Sect. V. cap. 7. (viſcum quernum circa plenilunium eſſe adhibendum.)

Fuller (Thom.) Pharmacop. extemporan. p. 78. (Electuarium antepil. hoc loco deſcriptum, quotidiano ejus per tres vel quatuor menſes uſu jam finito, tamen per triduum aut quatriduum ante novilunium eſſe repetendum.)

Mead (Rich.) Monita et praecepta Cap. II. Sect. III. p. 37. (eodem modo electuarium ſuum ante novam plenamque lunam propinare jubet.)

Riverius (Laz.) l. c. Cap. III. obſ. 15. (♁. ſtercoris pavonis luna ſilente.)

PARS III.

PARS III.

MEDICAMENTARIA

EXHIBENS

CATALOGUM ADMINICULORUM TAM PHARMACEUTICORUM QUAM CHIRURGICORUM, EPILEPSIAE MEDELAM SPECTANTIUM, OLIM HODIEQUE USITATORUM.

Libri et Diſſertationes, medicamenta adverſus epilepſiam ſingulatim tractantes.

A Collection of engliſh Medecines experienced againſt the jaundice, dropſy, ſtone, falling ſickneſs and peſtilence. London 1615.

Henr. a Bra Catalogus medicamentorum ſimplicium et facile parabilium adverſus epilepſiam et quomodo iis utendum ſit, brevis inſtitutio. Leuwardiae 1616. 8. Arnheimiae 1693. 8.

Joann. Nicol. Pechlin D. de epilepſia et contra eam remediis. Kilon. 1678.

Aug. Quir. Rivinus D. de remediis antepilepticis terreis etc. in Ej. Collect. Diſſert. Lipſiae 1710.

Sam. Teucher D. de remediis antepilepticis aliis foſſilibus, in Ej. Disput. med. collect. Lipſiae 1710.

Abrah. Vater D. de ſpecificorum antepilepticorum, ſigillatim olei animalis virtutibus. Vitebergae 1725.

Petr. Samſon D. de epilepſia et praecipuis ejusdem ſic dictis ſpecificis. Helmſtad. 1756.

Jo. Guil. Werner D. ſiſt. obſervationes circa nonnulla remedia antepileptica uſitatiora. Regiomont. 1759.

Franc. Xaver. Millar D. de medicamentis antepil. Argentor. 1787. 4.

Fr. Guil. Maurer D. de medicamentis antepilepticis. Marburg. 1792. 8.

D. Buxtorf Bemerkungen über die Anwendung einiger gegen die Fallſucht etc. gerühmter Mittel; im Muſeum der Heilkunde. B. I. Zürich 1792. no. 44.

Franc. Berger D. de remediis ſpecificis in Epilepſia uſitatis. Francofurt. ad Viadr. 1795. 8.

De Specificis antepilepticis obſoletis et formulis compoſitorum antepilepticorum apud veteres et recentiores uſitatorum vid.

Jantkii Select. mater. medic. Tab. 2.

Jüngkenii (Jo. Henr.) Lexicon chymico-pharmaceuticum. edit. tertia. Norimberg. 1729. 8.

Junkeri Conſpect. mater. medic. p. 647.

Kovacs Tatai Hercules vere cognitus etc. p. 124—147.

Macaſii Promptuarium mater. medic. p. 6—38.

Reuſſii (C. F.) Diſpenſator. univerſal. P. II. p. 98—105.

Schroederi (Joh.) Pharmacopoea univerſalis. edit. IVta. Norimberg. 1746. fol.

Sebitz (Melch.) Manuale ſ. ſpeculum medico-practicum. T. I. Argentorat. 1661. p. 276. ſqu.

Smetii (Henr.) Miſcellan. medic. L. II. cap. 33.

Spina (Dav. de) Lexicon pharmaceutico-chymicum. Francof. ad Moen. 1702. 8.

Wedel Syllab. mater. medic. ſelect. p. 24. ſqu.

A. Aca-

A.

Acaroides reſinifera. (Reſina.)

Kite (Ch.), in Memoirs of the medical Society of London. Vol. IV. London 1795. (Reſinam hujus ab Anglis in regione Botanybay repertae plantae non absque facultate morboſam irritabilitatem atque debilitatem ſine evacuatione tollente ideoque epilepticis congruam haberi. In debilitate ex apoplecticis et epilepticis paroxyſmis remanente efficacem ſeſe praebuiſſe.)

Accipitris Cineres.

Macaſii (Jo. Georg.) promptuar. mater. med. Lipſ. 1677. 8. p. 7.

Acetum Antimonii, v. Antimonium.

Achillea (an atrata Linn.?). (Herba.)

Geſner (Conr.) Epiſtol. p. 66. (ad epilepſiam puerorum uſurpari.)

Achillea Millefolium. (Flores. Herba. Summitates. Decoctum. Extractum. Infuſum.)

Arnold. de Villanova Breviar. practic. Lib. I. cap. 22.

Crato a Craftsheim Conſil. et epiſtol. medicinal. Francof. 1595. Lib. I. conſ. 41.

Hennincer D. de Millefolio. Argentor. 1718.

Lange D. de Millefolio. Altdorf. 1714.

Normand, in Roux Journ. de Medecine. T. XXXV. à Paris 1775. p. 520.

Aconitum Napellus. (Herba. Extractum.)

Dürande, in Gardane Gazette de Santé. à Paris 1774. p. 143.

Greding l. c. T. I. p. 241. (ſemel tantum ab eo tentatum paroxyſmos mitigavit.)

Saur, in Kongl. Svensk. Acad. Handl. Vol. XXXIV. Stockholm 1773. p. 92. (paroxyſmos exaſperare videbatur.)

Aëris dephlogiſticati inhalatio.

Girtanner, in C. W. Hufeland Journ. der practiſch. Arzn. B. I. St. 2. p. 254.

Aerugo, v. Cuprum nativum.

Aeſculus Hippocaſtanus. (Cortex. — Pulvis, decoctum, infuſum, extractum.)

Gualdo (Ferd. Comes de), in Anton Turra oſſervazione me-

diche e chirurgiche intorno alla faccolta febrifughe e antiſettiche della corteccia dell' Ippocaſtano. Vicenza 1788. p. 33. (In epilepſia cum febre tertiana felici cum ſucceſſu adhibuit.)

Sabarot de la Varniere, in Journ. de Medec. T. XLVII. p. 327. (ter quaterve paroxyſmos retardaſſe obſervavit.)

Semina.

Parmentier Recherches ſur les vegetaux nourriſſantes. p. 176. et 218. (iis comeſtis paroxyſmos eſſe retardatos.)

Aes uſtum, v. *Cuprum nativum.*

Aethiops mineralis.

Rahn Briefwechſel. B. I. p. 427. (Epilepſia ſalivationi per aethiopem mineralem cedens.)

Schulze, in Fr. Schrommii D. de aethiope minerali. Altdorf. 1725. 4. p. 21. 24. (epil. verminoſam aliamque a retrogreſſis achoribus ſanans.)

Agaricus muſcarius. (Radicis ſiccati pulvis.)

Anonymus quidam in Allg. Litt. Zeit. 1793. n. 246. (per triginta et quae ſuperſunt experimenta efficaciam ejus ſpecificam in epilepſia a terrore eſſe expertum. Intrare quoque remedium antepil. Ragolo putat.)

Bernhard (Jo. Chriſt.) chym. Verſuche und Erfahr. aus Vitriol etc. und Fliegenſchwämmen kräftige Arzneien zu verfertigen. Leipz. 1755. obſ. 5. p. 324. (ʒj. ſemel in die cum aceto data.)

Whiſtling (Chriſt. Gothofr.), praeſ. Gruner, D. de virtutibus agarici muſcarii. Jenae 1778. p. 13. (℈ß — ℈j. ter de die cum ▽. alvum graviter movet ſudoremque ciet.)

Agathi oleum.

Medicina experimentalis Dygbaeana ins Teutſche überſezt und vermehrt. Frankfurt u. Offenbach 1687. 8. p. 330.

Alchemilla vulgaris. (Herbae Succus.)

Kovacs Tatai l. c. p. 139. (Succum a Matthiolo et Tabernaemontano tribus diebus ab ℥ij — iij. propinatum eſſe refert.)

Schröder (Jo.) Pharmacop. univerſal. p. 1105.

Alces ungula, v. *Cervus Alces.*

Allium

Allium ſativum. (Radix.)

Plinii Hiſtoriae natural. Lib. XX. cap. VI. lin. 41. edit. Hagenovae. 1518. fol. (combuſta e melle data.)

Ambra maritima.

Hofmann (Fr.) medic. ration. conſult. T. IV. p. 294. (vel pulveris forma gr. iij — iv. pondere ſaccharo permiſta vel eſſentia cum Spiritu Vini ex ea parata ad gtt. X — XX. propinata inſultus epilepticos mitigavit.)

Carbones ſic dictae ambroſiacae.

Welſch (Georg. Hieron.) propr. obſervat. med. phyſic. Auguſt. Vindelic. 1675. 4. Hecatoſt. II. obſ. 40. p. 23.

Sal volatile ambrae.

Boyle (Rob.) de philoſoph. experim. p. 418.

Amuleta.

Alexand. Trallianus. Lib. I. cap. 15. (animalia, quae nares ovium et caprarum incolunt, a Deo Delphico pro epilepſia qua amuleta eſſe indicata.)

Baldinger (E. G.) neues Magaz. für Aerzte, B. XII. St. 6. p. 494. (Joh. Hornſchuh, pſeudomedicus prope Iſenacum, epilepticis varia amuleta exhibens.)

Bartholin (Thom.) Epiſtol. Lib. III. p. 341.

— — — Hiſtor. anat. Cent. IV. hiſt. 69. (radix ſambuci ſuper ſalicem creſcentis.)

Boodt (Anſelm. Boet. de) gemmarum et lapidum hiſtoria. edit. a Wolfg. Gabelchover. Francofurt. 1603. 8. Lib. II. cap. 53. (Smaragdus.)

Caeſaris Longini Trinum magicum, p. 225. (Verſiculi certi collo geſtati.)

Camerarii (El.) Syllog. memorab. medic. Cent. III. partic. 30. (paeoniae radix.)

— — — — Cent. XVI. partic. 45. (radix ſambuci ſuper ſalicem creſcentis.)

— — — — — partic. 46. (pilum chartarum luſoriarum.)

E. N. C. Dec. I. ann. IV. et V. obſ. 42. (rad. Imperatoriae.)

E. N.

E. N. C. Dec. II. ann. II. obſ. 152. Schol. p. 346.
— — — ann. IX. obſ. 39. (annulus appenſus.)
Fehr (J. M.) de Abſynthio. Lipſiae 1668. 8. p. 84.
Foreſt (P.) Obſervation. L. X. obſ. 59. (paeonia.)
Galenus de ſimpl. medicam. facultatib. L. VI. (paeonia.)
Gottſched flora pruſſica. p. 155. (radix Lyſimachiae purpureae, ſole ultimum cancri gradum accedente, collecta colloque appenſa.)
Grube de arcanis medicis non arcanis. Cap. III. p. 52. ſqu.
Hartmann prax. chymiatr. p. 67. (Sambucus ſalici inſita.)
Hartung D. de ſuperſtitioſ. Cap. II. p. 5. (Sequentes verſiculi geſtati:

„*Haec tria qui ſecum portabit nomina regum,*
„*Caſpar fert myrrham, thus Melchior, Balthaſar aurum,*
„*Solvitur a morbo Chriſti pietate caduco.*")

Krauſe D. ſiſt. de amuletis medicis cogitata nonnulla. Lipſiae 1758. §. 25. p. 26.
Mayerne prax. medica. p. 50.
Monconys (de) Journal des Voyages. T. II. à Paris 1677. 4. p. 335. (mercuriale.)
Paullini (C. F.) de talpa. Francof. et Lipſiae 1689. 12. p. 128.
Petri Hiſpani Summa experimentorum ſ. theſaurus pauperum. Lugdun. 1525. 4. fol. 253. a. (eos, qui nomina Caſparis, Balthaſaris et Melchioris collo ſuſpenſa geſtant, epilepſiae expertes manere.)
Plinii Hiſtor. natur. L. XXIX. cap. 4. (oſſa viperina purpurea ſindone collo ſuſpenſa.)
Rolfink (Guern.) Medicin. conſult. L. II. p. 209.
Roſenſtein (N.) von d. Kinderkrankh. p. 62. (Radicis Verbenae qua amuleti etſi inutilis remedii mentionem facit.)
Spindler (Paul.) Obſervation. n. 7. Schol. (Teſticuli cati.)
Storch von d. Kinderkrankh. Th. II. Eiſenach 1750. p. 115. (Linea coralliorum a ſacerdote quodam benedicta.)
Willis de morb. convulſivis. p. 464.
Wolf (Jacob.) Scrutinium amuletorum. Cap. II. Sect. I. p. 98. ſqu.
Wunderbare Kräfte der Natur durch die Sym- und Antipathie. Frankfurt u. Leipzig 1772. p. 59. (tradit nobis ſequens e manuſcripto quo-

quodam cabaliſtico deſumptum amuletum contra epilepſiam: Lamellae aureae aut argenteae inſcribas ſequentia verba in certas lineas congeſta:

A N A N I S A P T A

N i r i t u m a i T

A r ae p i n i m a P

N i p a n ae c i m A

I t i n e t e n u S

S u n e t e n i t I

A m i c ae n a p i N

P a m i n i p ae r A

T i a m u t i r i N

A T P A S I N A N A.

* * *

Ulterior hujus expoſitio:

Antidotum Nazareni auferat necem, intoxicat, ſanctificat alimenta, pocula, Trinitas alma.

Nazarenus Jeſus rex Judaeorum, titulus victorialis, morte ab improviſo tueatur.

Almi regis aeterni patris imcomprehenſibile nomen Jehova morbum auferat peſtifer.

Noſtrum inimicum perimat antiquum nomen aetherei conditoris illud magnum Agla

Jehova trinitatis immenſae nomen et Tau eſto noſtrae victoriae ſignum

Signum victoriae noſtrae eſto Tau etc. (a tergo legenda.)

* * *

De hoc amuleto ſequentes verſiculi:

Eſt mala mors capta, dum dicitur Ananiſapta,
Ananiſapta mortem ferit, qui laedere quaerit.)

Amygdalus amara. (Nuclei.)

Plinii Hiſtor. natural. L. XXIII. cap. VIII. lin. 10. (cum melle et mentha.)

Ana-

Anagallis arvenſis. (Herba.)

Dioſcorid. mater. med. Lib. II. cap. 209.

Gaſſeri (Achill.) obſerv. med. obſ. 57.

Plinii Hiſtor. natur. L. XXV. cap. 13.

Anchuſa officinalis. (Flores.) — Vinum bugloſſatum.

Baldinger Magaz. für Aerzte. St. VII. p. 604.

Brutz (Ladisl.) D. de gramine mannae ſ. feſtuca fluitante. Viennae 1775. 8. p. 33. ſqu. recuſ. in Waſſerberg Collect. Diſſertat. Tom. III. (Sequentem dat vini bugloſſati formulam:

℞. Fl. Bugloſſi recent. collect. mpl. iij.

Infunde c. St. de faece Vini parati ℔ j.

Vitro probe clauſo macerentur per triduum. Sumat aeger vaſe inclinato cochlearj. magnum omni mane.

Duos aegrotos hocce remedio feliciter ſanavit, quorum alter jam a prima juventute epilepſia laboravit, alterque ab ea ex terrore orta erat infeſtatus.)

Martii (Galeotti) L. de promiſcua doctrina. Francofurt. 1602. 12. obſ. 42. (jam vinum bugloſſatum contra epilepſiam ori illinendum ſuadet.)

Radix.

Schröderi Pharmacop. univerſ. p. 1158. (radicis ♁ riſat. ʒß.)

Anethum Foeniculum. (☍ e ſeminibus.)

Medicina experiment. Dygbaeana. p. 315. (gtt. ij. pro doſi.)

Anemone pratenſis.

Störk (Anton.) L. de pulſatillae nigricantis uſu medico. Vindobon. 1771. (fruſtra tentata.)

Antepilepticum Bachiene, v. *Bachiene.*

— — — *Beccario*, v. *Beccario.*

— — — *Erneſti Principis*, v. *Erneſt.*

— — — *Ferdinandi I. Imperatoris*, v. *Ferdinand.*

— — — *Helvetii*, v. *Helvet.*

— — — *Leopoldgrünenſis Theologi cujusdam.*

Appel (J. J.) Diſcurſus de epilepſia. Altenb. 1713. p. 38.

— — — *Oreilly*, v. *Oreilly.*

— — — *Puerorum*, v. *Vitriol. caerul.*

Antepi-

Antepilepticum Ragolo, v. *Ragolo*.
— — — *Schachtii*, v. *Schacht*.
— — — *Willichii*, v. *Willich*.

Anthelminthica.

Beaumes von d. Convulſ. d. Kinder, p. 203. ſqu.
Gordack Geſchichte u. Kur eines epil. Frauenz. Königsb. 1770.
Hamburg. Magaz. Hamburg 1755. B. XV. p. 313.
Heiſter (Laur.) med. chir. und anat. Wahrnehm. Roſtock 1757. 8. pag. 133.
Ranoe (A. B.), in Act. Soc. med. Havn. Vol. II. Havniae 1791. 8. p. 342.
Rougeres (de), in Journal de Med. par Mſr. Roux. T. XXX. à Paris 1769. p. 51.
Thomaſius (Gothofr.), in E. N. C. Dec. III. Ann. III. obſ. 191.
Tiſſot l. c. p. 230.

Antimonium.

Bovius Flagello contro de Medici rationali. Venet. 1538. v. Haller. Bibl. pract. T. II. p. 246.
Herrmann (P.) Cynoſur. mater. med. cur. J. Boecleri. Argentorat. 1726. P. III. p. 98.
Junker D. de antim. crud. uſu interno. Halae 1750. 4.
Reiseiſſen D. ſiſt. antimon. crudum in medicina. Argentor. 1721. 4. pag. 39.

Acetum ♁nii.

Agricola (Jo.) Comm. in Jo. Poppium de acetis. Lipſiae 1638. 4. p. 769.

Antimonium calcinatum.

Riverii (Lazar.) Prax. Lib. I. cap. 8.

Butyrum ♁nii Lemery.

Spina (de) l. c. p. 199.

Ceruſſa ♁nii.

Mayerne (Theod.) Prax. p. 48.

Cinnabaris ♁nii.

Dower, in Medical eſſays of Society of Edinburg. T. II. p. 510.

Croci metallorum aqua.

Schroeder Pharmacopoea univerſal. p. 890.

Sinibaldi (Jac.) parva method. medendi. Romae 1707. 8.

Kermes minerale.

Tiſſot l. c. p. 335.

Oleum ♁nii.

Valentini (Baſil.) Triumphwagen des Antimonii d. J. Thölden. Nürnberg 1676. 8. p. 102.

Pilulae et Pulvis alter. Plumeri.

Ackermann, in not. ad Tiſſot. l. c. p. 335.

Kinneir new Eſſay on the nerves. p. 117.

Sulphur antimonii.

Dolaei encyclop. medic. p. 133.

Sulphur auratum ♁nii.

Delius (Fr.), in Nov. Act. Nat. Cur. T. II. Norimberg. 1761. n. 81. pag. 364.

Tiſſot l. c. p. 335.

Unzer, in Hamburg. Magaz. B. VIII. p. 369.

— — — — — B. IX. p. 613.

Tartarus emeticus.

1) *qua emeticum.*

Brouzet ſur l'education des enfans et leurs maladies. à Paris 1754. 12. Vol. II. p. 10.

Hofmann (Fr.) Medic. rat. ſyſtem. T. IV. P. III. p. 68.

2) *qua nauſeoſum et reſolvens.*

Beaumes l. c. p. 90.

Hirſchel (Leonh. El.) Gedanken, die Heilart der fall. Sucht betreff. fend. Berlin 1770. p. 42.

— — — medic. Nebenſtunden. Berlin 1772. p. 30.

Lentilii (Roſin.) Eteodrom. medicopract. anni 1709. Stuttgard. 1711. p. 33.

Mellin (Chr. Jac.) Mater. med. p. 16.

Werlhof (P. G.) opera omn. ed. Wichmann. Tom. III. p. 726.

Wichmann (J. E.) annot. ad Werlhofii l. c.

Wil-

Willich (M. v.), in Balding. N. M. f. A. B. VII. p. 118. (in connubio Valerianae, Squillae etc.)

Vitrum ♄ nii ceratum.

Steel, v. Beaumes l. c. p. 353.
Strandberg Tal om de Fel etc. p. 16.

Anwaldina Panacea.

Magnopere olim medicorum attentionem excitaſſe videtur. Pulvis fuſco-rubeſcens. Inventor, qui antea jurisprudentiae ſtudioſus, poſtea medicus, erat Georgius an et vom Wald. Andreas Libavius, qui hocce medicamentum chemice exploravit, partes ejus conſtitutivas, matrem perlarum, cinnabarim, mercurium pluries ſublimatum et crocum eſſe contendit. Formulam a Volkamero emendatam invenies in

Jüngken. Corp. pharmaceut. p. 276.

Ad arcani hujus hiſtoriam conferas:

Crollii (Oswald.) baſilica chymic. p. 115. (potiſſimum cinnabari conſtare, cui crocus et conchae pptae. accedunt.)

Georg an und vom Wald auf Durrnhof, J. et M. D. Phyſici Donauwerthienſis, Bericht, wie die von ihm erfundene Terra ſigillata und Univerſalarznei wider die Peſtilenz etc. hinfallende Sucht etc. zu gebrauchen. St. Gallen 1581. 4.

— — — Kurzer Bericht, wie, was Geſtalt und warum die Panacea Anwaldina als eine einige Medicin wider den Ausſatz etc. Frankfurt 1592. 4.

— — — Zum anderumal Gedanken und Bericht etc. Weſel 1594. 4.

— — — Vortrab auf Andr. Libavii Spott- und Schmachworten, daſs die Panacea Anwaldina eine Univerſalmedicin ſey. Hanau 1595.

— — — Gloſſarium in epiſtolam Libavianam. Roſchach. 1596. 4.

— — — Gemehrter Bericht von der Terra ſigillata Anwaldina, wie und was Geſtalt ſie wider Peſtilenz etc. — fallende Sucht etc. zu gebrauchen ſey. Stuttgard 1601.

Welſch (G. H.) Obſervat. Hecatoſt. II. Auguſt. Vindelic. 1675. 4. pag. 175.

Contra eam:

Libavii (Andr.) Examen Panaceae Anwaldinae. 1594. 8.

— — — Neoparacelſica, in quibus vetus medicina defenditur adverſus τερετίσματα Georgii Anwaldi. Francof. 1594. 8.

— — — Gegenbericht von der Panacea Anwaldina, auf Anwalds ausgegangenen Bericht geſtellt. Frankfurt 1595. 4.

— — — Panacea Anwaldina victa et proſtrata, oder wiederhohlter Gegenbericht etc. Frankfurt 1596.

— — — Singularium P. IV. Francof. 1601. 8. (continet ſub n. 3. Hiſtoriae Panaceariae Sectiones II. in Ambaldum, Balduinum, ſive Amwald.)

— — — — ſub n. 4. Aſclepiadem, etiam contra Anwaldum.

Scherbii (Phil.) Theſes medic. collect. et edit. a Caſp. Hofmann. Lipſ. 1614. (Examen Panaceae Anwaldinae.)

Aper, v. *Sus ſcrofa.*

Apium Petroſelinum.

Camerarii Syllog. memorab. med. Cent. XVI. partic. 21—23. (an epilepticis conducat, ventilatur et fere negatur.)

Aqua antepileptica Amſtelodamenſis.

Marggrafii (Chr.) Materia medic. contracta. Amſtelod. 1682. 4.

Spina (de) l. c. p. 65. (Sequentem ejus formulam tradit:

℞. Radic. Paeoniae maris ſiccat. ℔ ß. Angelicae. Fraxinell. Fol. Origani cretici, Rutae, Salviae, āā ℥j. Flor. Paeoniae maris, Betonicae, Liliorum convall. Roriſmarini, Tiliae, ſiccatorum. Sem. Ammios oriental. Nigellae āā ℥ ß. Paeoniae ℥ ij. Caſſiae ligneae, Caryophyll. Cardom. minor. Nuc. moſch. Olei Vitriol. āā ʒij. — Pulveriſatis pulveriſandis affund. Sp. Vini ℔ x. macer. per octiduum bene clauſo, dein colat. per ſetaceum denſiſſimum et colatura ſervetur in vitro probe obturato.)

Aqua antepileptica D. R.

Spina (de) l. c. p. 59. (Formula:

℞. Flor. Lilior. convall. ℥ viij. Paralyſ. ℥ iij. inf. in Vin. Rhen. qu. ſ. ſt. in inf. per integr. ſept. in vaſe ſtrict. orif. loco calido, deinde

inde lento igne deſtilla per veſicam; recipe huj. deſt. q. ſ. adde ▽ roſar. fr. Ceraſ. nigr. fragar. meliſſ. c. Vino deſtill. āā ℔ j. Vin. malvat. Spirit. Vin. āā ℔ j ß. M. Infund. et ſ. a. deſtilla, huic deſtillato adde Cinnamom. elect. Nucis moſch. āā ℥ j. Piper. long. Cardam. Cubeb. Caryophyll. āā ʒ vj. Sem. Foenic. ℥ j ß. Rad. Paeon. rec. ℥ j. Flor. Lavend. Roriſm. Paeon. Stoechad. arab. āā ℥ j. Herb. Paralyſ. ℥ ij. ʒ ij. St. in infuſ. per d. et noct. poſtea deſt. per ſerpentem et pro uſu repone. — Doſ. cochl. j — ij.)

Aqua antepileptica Dorncrellii, v. *Dorncrell.*
— — — *Ettmüllerii*, v. *Ettmüller.*
— — — *Hartmanni*, v. *Hartmann.*
— — — *Hirundinum Pk. Auguſt.* }
— — — — — *Fiſcheri*, }
— — — — — *le Mort*, }
— — — — — *Rolfincii*, } v. *Hirundo urbica.*
— — — — — *de Spina*, }
— — — — — *Zwölferi*, }
— — — *Jüngkenii*, v. *Jüngken.*
— — — *Langii*, v. *Langii.*
— — — *Londinenſis.*

Spina (de) l. c. p. 64. (Formula:
℞. Fl. Lilior. convall. rec. ℔ j. Inf. in Vin. hiſpan. conchiis iv. quamdiu haberi poſſunt flores recentes, tum ℞. Flor. praedict. ℔ ß. Paeoniae ℥ iiij ß. Macer. ſimul p. dies XIV. dein deſtilla ad ſiccitatem in B. M. In deſtillato liquore iterum macerentur: Rad. Dictamni alb. Ariſtoloch. long. āā ℥ ß. Flor. Viſci querc. Rutae āā mpl. ij. Sem. Paeon. decort. ʒ x. Rutae ʒ iij ß. Caſtorei. Cubebar. Macis āā ʒ ij. Cinnamom. ℥ i ß. Scillae ppt. ℥ iij. Flor. Roriſmarin. pgl. vj. Stoechad. arab. Lavendul. āā pgl. iv. Betonicae, Tunicae, Paralyſ. āā ℔ viij. Succ. Ceraſorum nigr. ℔ iv. deſtill. omnia in organis vitreis ad ſiccitatem.)

Aqua antepileptica mineralis Zwölferi, v. *Zwölferi.*
— — — *Mynſichti*, v. *Mynſicht.*

Aqua antepileptica ex Oſſibus deſtillata, v. *Oſſa*.

— — — *Puerorum*. P. A. R.

Spina (de) l. c. p. 58. (Formula:

℞. Aqu. ceraſ. nigr. flor. tiliae, paeoniae, ſquammariae āā ℥ viij. Sacchar. perlat. ℥ iv. M. Datur ad epilepſiam puerorum dentitionis tempore vel per ſe, vel cum aqua cinnamomi.)

Aqua antepileptica Reginae Daniae, v. *Daniae*.

— — — *Regis Daniae*, v. *Daniae*.

— — — *Zwölferi*, v. *Zwölfer*.

Aqua aurea veneta.

Hamburg. Correſpond. 1793. n. 184. (ad reſtringendum paroxyſmum aegris in ipſo paroxyſmo propinandum commendatur. In lagenis vitreis pro moneta aurea ſic dicta Carolina venditur Coloniis a Dn. Kaa, chori muſici praefecto ad eccleſiam cathedralem.)

Aqua catarrhalis Hofmanni, v. *Hofmann*.

Aqua cephalica et epileptica Francofurtenſium.

Spina (D. de) l. c. p. 45. (Formula:

℞. Flor. Lilior. convall. ℔ j ß. Paeon. Lavend. Beton. āā ℔ j. Tiliae, Primulae veris āā ℥ iij. Herb. Botryos c. florib. mpl. j. Rad. Paeon. ℥ ij ß. Ariſtoloch. ℥ j ß. Dictamn. alb. ℥ j. Sem. Paeon. ℥ ij ß. Cubeb. ℥ j. Piper. nigr. ℥ ß. Viſc. quern. ℥ j. ʒ ij. Corylini ʒ iij. — Macer. in Vin. Malvat. ℔ viij. per octiduum, dein deſtill. e B. M.

Aqua Ciconiae, v. *Ardea Ciconia*.

Aqua Cinnamomi contra epilepſiam Diſp. Norimb., v. *Laurus Cinnamomum*.

Aqua Cordialis temperans. Pharm. Auguſtan.

Spina (D. de) l. c. p. 49.

Aqua Croci Metallorum, v. *Antimonium*.

Aqua mineralis Borbonienſis.

Guenault (Petr.) et J. Foreſtier, Ergo epilepſiae per conſenſum ▽ae borbon. archimbaldicae. Pariſiis 1643. 4.

— — — *Brückenavica*.

Alix (M. C.) obſervat. chirurg. Faſcic. III. Francofurt. 1777. 8. vid. Richter chir. Bibl. T. IV. p. 445.

Aqua mineralis Embſenſis.

Brückmann (C. Ph.) enarratio choreae Sti. Viti et epilepſiae per fontes medicatos Embſenſes curatae. Francofurt. 1786.

— — — *Freyenwaldina.*

Heydecker (Fr. Wilh.) Beſchreib. des Geſundbrunn. und Bades zu Freyenwalde. Berlin 1795. 8. Abſchn. III.

— — — *Hornhuſana.*

E. N. C. Dec. II. Ann. X. obſ. 166.

— — — *martialis.*

Tiſſot l. c. p. 321. (in epilepſia a primarum viarum atonia cum fructu eſſe adhibendam, non autem absque praecautione ob ſpirituoſam ejus indolem humores ad caput pellentem.)

— — — *Nenndorfienſis.*

Schroeter, in Balding. N. Mag. f. A. B. XI. St. 3.

Aqua Picarum, v. *Corvus Pica.*

Aqua Tettuccina.

Sylvatici (Bened.) Conſil. et reſponſ. med. Cent. IV. Patavii 1656. fol. p. 173.

Aqua Wismuthi, v. *Wismuthum.*

Aquilae Sanguis.

Camerarii l. c. Cent. XVI. partic. 36. (laudat.)

Aquilegia vulgaris. (Herba.)

Gaſſerii Obſervat. med. obſ. 55. (Herbae expreſſum ſuccum cum ſucco lumbricorum terreſtrium laudat.)

Arcana et occulta varia.

Acta Erud. Lipſienſ. Ann. 1724. May, p. 189.

Bresl. Samml. Verſuch XVI. p. 562.

— — — Verſ. XXIII. p. 324.

Smetii (Henr.) Miſcell. med. L. II. c. 33.

Welſch Hecatoſt. II. obſ. 74. p. 45.

Arcanum Bachiene, v. *Bachiene.*

— — *Beccario*, v. *Beccario.*

— — *Fioravanti*, v. *Fioravanti.*

Ardea Ciconia.

Aqua ex ea deſtillata.

E. N. C. Dec. II. Ann. IX. obſ. 142.

Schroeder Pharmacop. univerſ. p. 1779.

Cor.

Macaſii Prompt. mater. med. p. 9.

Stercus.

Crato, v. Schroeder Pharmacop. univerſ. p. 1778.

Macaſii l. c. p. 9.

Argentum.

Bezoardicum lunare Zwölferi.

Schroeder Pharmacop. univerſ. p. 740. (℈j — ʒß.)

Spina (D. de) l. c. p. 194.

Catharticum lunare.

Angel. Sala ſeptem planet. terreſtr. ſpagyr. recenſ. v. Ej. Oper. omn. p. 195. (gr. iv. — viij. bis terve tertio ſemper die cum vini malvatici aliquot unciis.)

Lapis divinus.

Sims (J.), in Memoirs of the Medical Society of London. Vol. IV. London 1795. n. 24. (in ▽ aut alio quodam congruo vehiculo ſolutus et ad ⅛ gr. pro doſi propinatus laudatur. Interdum ex ejus uſu breviter ante plenariam fugam paroxyſmi exaſperati ſunt.)

Rhümelii Extractum e ſcoriis argenti.

Rhümelii (Jo. Pharam.) Medic. ſpagyr. tripart. p. 166.

Tinctura Lunae.

Stahlii Theor. medic. p. 1019.

Unzeri Liquor viridis.

Unzeri ἱερονοσολογία. p. 10.

Ariſtolochia ſerpentaria. (Radix.)

Gruelmann D. ſiſt. obſervationes de uſu Cicutae. Gotting. 1782. p. 30. (cum nitro in epilepſ. ex terrore.)

Intrat quoque Electuarium Fulleri, v. Fulleri Electuar.

Arnica montana. (Extractum.)

Störk (Ant. v.) Medizin. pract. Unterricht für die Feld- und Landwundärzte der Oeſterreich. Staaten. Wien 1776.

Arnol-

Arnoldi a Villanova Electuarium.
Ejus oper. omn. Venetiis 1505. fol., fol. 97.
Aromatica.
Deckers (Fr.) praxis Barbettiana. Leidae 1669. 12.
Reusneri (Hieron.) experimenta et obſervationes. Ulm. 1676. 4.
Artemiſia vulgaris.
Ackermann Annot. ad Tiſſot. l. c. p. 362. (Carbo quaedam ſub radice artemiſiae reperienda et in nocte ante feſtum divi Joannis effodenda a quibusdam olim commendabatur.)
Arteriarum compreſſio.
Parry, in Memoirs of the Medical Society of London. Vol. III. London 1792. 8. p. 7.
Arteriotomia.
Severini (Marc. Aurel.) de efficaci medicina. L. III. Francofurt. 1671. fol. p. 42. (arter. temporal.)
Arſenicum album.
Cullen (W.) Anfangsgr. d. Arzneiw. Th. III. Leipz. 1784. p. 185. (Arſenici efficaciam in febribus intermittentibus conſiderans, in epilepſia quoque non exiguum de eo ſperat emolumentum.)
Liquor arſenicalis ſ. ſolutio mineralis Fowleri. (v. Gmelin App. T. I. p. 266.)
Alexander (Edward), in Duncan medical Commentar. for the Year 1790. Dec. II. Vol. II. Edinb. 1791. n. 6. (Hujus liquoris gtt. vj — xiij., aquae fontanae ℥j., St. nucis moſchatae ʒ ij. et Syrup. Caryophyllor. ʒ ß. temperatas in epilepſia et convulſionibus a vermibus felici ſucceſſu exhibuiſſe.)
Potaſſa arſenicata. (Gmelin l. c. p. 267.)
Brugnatelli Bibliothec. fiſica. T. XIV.
Pearſon, in Duncan Med. Comm. for 1788. Dec. II. Vol. III. Edinburg. 1789. v. Auserleſ. Abhandl. für pract. Aerzte. B. XIII. p. 572. (gr. $\frac{1}{10}$ — $\frac{1}{20}$.)
Aſa foetida, v. *Ferula Aſa foetida.*
Aſinus, v. *Equus Aſinus.*
Atriplex hortenſis. (Semina intrant pulverem de Gutteta Riverii, v. Pharm. Wirtemb. p. 151.)

Atropa Belladonna. (Folia. Extractum.)

Böttcher (J. Fr.) vermiſchte mediz. chirurg. Schriften. Heft I. Königsb. 1791. 8. n. 4.

Greding (J. E.), in Ludwig. Adverſar. med. pract. Vol. I. P. IV. Lipſiae 1770. p. 637. ſqu.

— — — ſämmtl. Schrift. T. II. p. 168. (ad ſublevandos paroxyſmos parva doſi tuto dari poſſe.)

Käufer, in Journ. d. Erſind. etc. in d. Arzneik. St. VI. p. 129. (in mentis alienatione poſt epilepſiam pulveris herbae gr. x. ter in XXXVI horarum ſpatio multo cum fructu dediſſe.)

Münch (J. H.), (pater) Hannöv. Magazin, 1770. St. 14. (Syrupum e ſucco a ℈j — ℈ij.)

— — — Beobachtung. bei angewendet. Bellad. St. II. Stendal 1790. 8. p. 66 — 104. (Multos plenarie hujus remedii ope ſanaſſe contendit. Inſigne levamen fere omnes inde experti ſunt tam in morbo ipſo, ita ut paroxyſmi decreverint et in tremorem aut ſpaſmos particulares tranſierint, quam in mentis alienatione hoc morbo juncta. Pulveris foliorum gr. ß — j ß. cum ſaccharo tritum vel Extractum cum pulvere in unam maſſam redactum ad gr. iij — iv. pro doſi.)

Münch (J. H.), (filius) Obſervat. pract. circa uſum belladonnae in melancholia et epilepſia. Gotting. 1783.

Richter (A. G.), v. Feurſtein Diſſ. cit. p. 78. (rheo jungere jubet.)

